


Bruxius, Adam

Simonides Redivivus

Lipsia 1610

4 Paed.pr. 46

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10687076-1



<36602758520018



<36602758520018

33

Bayer. Staatsbibliothek

<36602758520018

<36602758520018

Bayer. Staatsbibliothek

33

<36602758520018

<36602758520018

33

Bayer. Staatsbibliothek



<36602758520018

<36602758520018

33

Bayer. Staatsbibliothek

Hirt lit. Diact. 237.

R

SIMONIDES REDIVIVUS,

sive

ARS MEMORIAE,
ET OBLIVIONIS, (QUAM
hodiè complures penitus ignorari scri-
pserunt) tabulis expressa.

Authore

ADAMO BRUXIO SPROTTA-
SILESIÒ, DOCTORE, ET MEDICO
Halensi, apud Saxones.

Cui accessit

Nomenclator mnemonicus, ejusdem
authoris.

²
Monrii

Omne opus difficile apparet, antequam tentaveris. B. Burani.



16

10+

LIPSIÆ,

Impensis THOMÆ SCHURERI Bibliopola Lipsien

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882


1883

1884

Ecclesiast. cap. 11. vers. 7.

Priusquam perquisiveris, ne crimineris: cognosce primùm, atq; tum increp:






Aristoteles de memoriâ cap. 2.


Conſuetudine motus animi alij alios, ut hic illum ſequuntur. Cum ergo recordari vult unusquisque, hoc faciet, quæretq; quemadmodum principium motus animi reperire poſſit, quem ille conſequatur. Itaq; celerrimè, atq; præclariffimè ducuntur à principio recordationes. Quam enim res inter ſe habent ordinis rationem, eandem etiam motus animi habent. Quædamq; facilè memoriâ comprehendi poſſunt, ea quæ ordine quodam conſtant; alia verò difficulter.



Quintil. lib. 6. cap. 2.

Tentabo etiam de hoc dicere, quas *φανταſίας* Græci vocant, nos fanè viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur.





ILLUSTRISSIMO, POTEN-
TISSIMO, ATQUE CONSIDERA-
tissimo Principi ac Domino,

DN. MAURITIO,
LANDGRAVIO HASSIÆ, CO-
MITI CATTIMELIBOCORUM, DECI-
orum, Zigenhainæ & Niddæ, &c.

Sacri Romani Imperij Columni &
Lumini,

Domino Clementissimo.



Nterea, eaq; varia, Princeps
Illustrissime, genera hominum; variè
de operibus atq; laboribus aliorum ju-
dicantium, hæc duo quoq; reperiuntur:
alterum quidem eorum, qui veterum
placitis, decretis & inventis solis stan-
dum, nihilq; novi attentandum esse
statuunt. Atq; hi sanè videntur longè ineptissimi ac ridicu-
li esse, propterea, quòd omnem ingenij gloriam viris doctis
præceptam, omnem philosophandi & inveniendi libertatem,
velim ademtam, pigraq; & illiberalissima aliorum manci-
pia requirant. Quid enim queso aliud faciunt, quàm quòd
ex patrum observa...ribus, præceptis, vigilijsq; & commen-
tationibus, suæ, filiorumq; socordia atq; ignavia, quærunt pa-
trrocina? Turpe autem est, relictâ humani ingenij libertate,
naturæ lumen, discernendi, effingendiq; facultatem omnem
posteris eripere, ex aliorum duntaxat mellificio, fucorum

EPISTOLA NUNCIATORIA.

instar, vivere, neque donum, quod in nobis est, excitare velle. & aetas haec nostra non minus felix fuit, atque etiamnum, si in inveniendo & corrigendo, quam illa superior & proxima. Quod etsi plurimis exemplis ostendi posset: ex ijs tamen pauca, eaque novissima, adducemus: cum vulgata, minusque nova, minus etiam (quod mnemonica quoque artis preceptum est) movere soleant.

Dantur hoc tempore instrumenta speculatoria, quorum beneficio longinqua, & aliquot miliaribus a nobis remota, satis exacte cernuntur: quod multis vel non, vel certe incantationis vi fieri, sed falso videbitur. Hujusmodi specillum ante dies non multos habui, cujus usum ut explorarem, turrium, quas hic templum D. Mariae virginis (in quo superiori astate Celsitudo tua fuit) unam conscendi. Ejus igitur auxilio exactissime vidi aedificia, horumque partes, quae in monte D. Petri, qui locus duobus miliaribus Halâ distat, adhuc supersunt. Optarem me altera vice in turri Cremonensium altissimâ, aut Argentoratensium, praeter insignem sublimitatem, artificiosissimâ verèque Dædalicâ: idque solius speculi hujus exercendi melius, gratiâ. Inde enim vel pluribus miliaribus distata loca, oculos incursum, propinquissimâque visum iri sperarem. Majus etiam quiddam huic instrumento subest, omni apud plerosque fide & admiratione superius, quodque idcirco sine demonum ope & industriâ non posse fieri multi juraverint. Etenim qui ejus usum, Babylonicamque turris (communiter sic dicta) cognitionem habuerit; is absque ullo literarum vel nunciorum interventu, cum absentibus, & satis etiam quandoque remotis potest colloqui.

Novi etiam modum, quo quis alteri, maximo locorum intervallo, & plusquam centum miliaribus disjuncto, animi sui sensa in puncto temporis possit patefacere, sine tabellaris,

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

larijs, sine literis, sineq; ullis (juro) malignorum Spirituum ministerijs. De cujus tamen posterioris veritate sicuti nullus dubito: ita certi nihil impraesentiarum asseverabo: cum ad probandum examinandumq; illum haecenus mihi defuerint occasiones. Ut hoc nomine rectissime à Comico scribatur: Nunquam ita quemquam benè subductà ratione ad vitam fuisse, quin res, aetas, & usus semper aliquid appor-
tarint novi.

Sape cogitavi de clibano & igne, quibus vini Spiritus in museo, mensaq; destillari, olea rectificari, & extracta, salia, aliq; id genus, calorem mediocrem, oculumq; diligentem desiderantia, preparari queant. Tædiosum enim ut plurimum est, si in laboratorio, & loco, igneq; & balneo consuetis hæc peragantur, toties à libris, alijsq; rebus agendis discedere, chymicoq; artificio animum oculosq; intendere. A quo diutius, quam par erat, si absueris: fieri facile potest, ut cum Spiritu, vini phlegma permisceatur, extracta plus justo inspissentur, viresq; potiores amittant. In hypocausto verò & cubiculis, communi destillationis viâ, per balneum Mariæ, cineres aut arenas hæc velle peragere & cavere, consultum bonæ valetudini neutiquam est: quippe cum pruna adhibeantur, quæ præterquam quod sanitati vehementer insidiantur, atque, in conclavi præsertim angusto & camini experte, adversantur, quemadmodum excellentissimi viri & medici, pluresq; tragici casus id testan-
tur: fumum etiam non rarò concitant oculis permolestum, librosq; & alia cubiculi contenta deturpantem. Quid quòd etiam vix ita tractari possunt, quò minus manus denigrentur? Quid aequè videtur officere literato, atque carbonarius fulloni, de quo fabula extat. Balneo autem si utaris, exhalationes ob aquam calore resolutam geminabuntur, in cuius locum non rarò aqua nova affundenda est. Id

Querc. in
Tetr. pag.
120. & de si-
gnat. rer. in-
tern. pa. 114.
Pareus in
tract. de Re-
nunciatio-
nibus &c.

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

quod non operosum duntaxat, verum etiam damnosum libris & chartis existit, propter guttas inter affundendum (vix enim eas cavebis) in mensam destillantes.

Scio equidem lampadibus, ex S.V. oleo vel cera preparatis ea, qua dixi, posse prestari. Sed quantum ad S.V. attinet, is non tantum magni, in his nostris precipue regionibus, constat; sed etiam peculiarem preparationem, antequam eo utaris, desiderat. Oleum autem manus reddit unctuosas, plurimamque clybanum fuligine inficit. Neque cera commodè, citraque dispendium potest tractari. Et nisi ellychnia diligenti subtilissimamque manu tractentur, dicto citius lampas nulla erit. Que omnia nostro, qui sequitur, modo facile vitantur: quamvis & lampades suam mereantur laudem, apud ditiores presertim, quas eas S.V. vel frumentorum, non verunt sustentare & fovere. Qui nostram fornaculam usurpaverit, cum ubi semel alembicum cum Recipiente adaptavit, circa ignem occupari, aut à libris, mensamque discedere necesse non est, cum famulus vel quicumque alius reliquo operi perficiundo sufficiat.

Accipiantur igitur, later quadratus unus pro basi, cuiusmodi sunt, quibus pavimenta & foci sternuntur: & tegule resectis caudis numero quatuor, quarum prima circulariter in inferiori parte excavetur, secunda exiguo foramine sit pervia, tertia & quarta plana permaneant. In promptu etiam sit canna ferrea caudata, exquisitissime ore suo excavata tegula primæ respondens: cauda verò secunda tegula foramen ita ingrediatur, quò inter dictam cannam & tegulam, qua caudam ipsius excipit, spacium pollicis transversi relinquatur. Quibus rite & è regione dispositis, laterique illi quadrato superstructis, reliqua dua tegule adjungantur, exque hisce omnibus, sapientia luto comprehensis & agglutinatis, secundum artem (ut loquuntur Medici) fiat fornacula, in qua vis loca & conclavia portatu non difficilis. Præsto deinde

quoque

EPISTOLA NUNCUPATORIA

quoque sint operculum, os cannae exactissime obturans, & tegula bifidata major, habens in medio circulum excavatum, per quem impositum alembicum legitime emineat. Prater fornaculam, pile aliquot ferreae habeantur, ejus magnitudinis, ut cannam dictam ferè adimpleant, nullo tamen negotio eximi inde rursus possint, cum forcipe, cujus extremitates interiores quadantenus profunda, exteriores verò protuberantes esse debent, quò videlicet facilius pilas comprehendant & tractent. Quòd si tamen ferramenta oblonga, præ globosis elegeris, forceps vulgaris sufficiet.

In usu fornacula ita procedendum. Primum lateres tres vel quatuor extra conclave componuntur, quemadmodum facere consueverunt muliercula, quando amictoria contorquere ad placitum & flectere cupiunt. Intra hos, carbones succenduntur, pileque injiciuntur. Interea dum hæ excandescunt, vasa cum materia destilandâ ritè locantur, adhibitis cinere, arenâ vel ferri limaturâ, prius calefactis clibanoque immixtis. Quo factò pila una vel plures candentes rutilantesque cannae induuntur, cujus os protinus obturari oportet. Hisce refrigerantibus & exemptis, continuo alia candentes succedunt, prioribus intra prunas iterum coniectis. Facile autem, quotâ quâque horâ repetendus hic labor à famulo sit, animadvertitur. Ità ergo compendiosè, absque ullo vapore vel fumo, atque etiam conatu inter alia studia, distillationibus, rectificationibus & extractionibus Chymia studiosi & amatores incumbere, hocque hinc insuper commodi habere possunt; quòd hyberno tempore unâ eademque operâ & expensâ, cum globos illos ferreos candentes, tum hypocaustum quoque calefacere possunt. In quorum proin gratiam, licet præter institutum nostrum id sit, fornacula effigiem subjungere volui.

Ceterum etsi hæc primâ fronte egregia, & ad utilitatem jucundam eorum potissimum, qui in academijs agentes, lo-

EPISTOLA NUNCUATORIA.

cum destillandi singularem non habent, pertinere videantur: puerilia tamen ferè sunt, si conferantur ad inventa alia graviora, ex quibus plurimum fructus & delectationis ad naturam indagatores redire solet, quò sequens inventum jure merito refertur.

Quanquam carbonum fumos ac nigrorem nunquam simveritus, neque etiamnum, quò minus Chymicis incumbam operationibus, verear: tamen summo opere exoptandum, maximiq; beneficij & adjumenti loco habendum esse duxerim ejusmodi laboratorium, in quo neque carbo, neque carbonum fumus percipiatur. De tali non ita pridem vir quidam, virtute, ingenio, & Hermeticà glorià præcellens, ex peregrinis locis adveniens, erga me prædicabat. Artificium lubentissimus sanè cognovissem: obtinere verò ab eo id, quippe cui tanquam inventori erat secretum, non potui. Ansam tamen optimus vir præbuit hâc ratione, de re longè utilissimâ sedulo cogitandi & speculandi. Videorq; mihi rem acutè tetigisse: quanquam quod animo concepi, opere manûque nondum compleverim. Unica fornax major extra laboratorium alicubi delitescens sufficit ad plures fornaculas, ad balnea, vaporaria, cineres, arenas, ferri scobes, &c. ad varios deniq; ignis gradus, quorum absque morâ ullâ, firmèque in momento particeps fieri, extra ullum planè laborem, ignisq; novam succensionem possis: aequè facile, promptè ac definitè, atque cum ex dolio vel canali, aqua in parvâ vel magnâ quantitate erumpit, prout nimirum epistomium parùm aut multùm loco suo movetur. Nec cinerum, quorum hîc nulli adsunt, subtractione unquam est opus; non manuum ablutione; non instrumentorum vitreorum, aliorumq; à pulverulentis & carbonarijs sordibus, abstersione. Munda & tersa hîc omnia. Res profectò exoptatissima omnibus, qui igne rerum anatomias

aggre-

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

aggrediuntur: quam in causâ esse possit, plures operas Spagyricas, uno eodemq; & quocunq; tempore absq; magnis molestijs suscipiendi.

Quam de fornacibus, posteriore imprimis, narrationem Celsitudini Tuæ non ingrati fore spero, tanquam per accommodatissima; Chymicis exercitiis, quibus C. T. vehementer duci atque oblectari, cum ex alijs multis rebus apparet: tum ex publico operarum Spagyricarum fano, in gratiam purioris philosophiæ atque medicina studiosorum, nuperrimè, non sine magnis sumptibus à C. T. Marpurgi exstructo: & ex novâ Chymiatricæ professione, ad quam procul dubio oculis jampridem notavit, jamq; designavit virum clarissimum, Dn. Joannem Hartmannum, Medicina Doctorem, & solertissimum rerum naturalium vel abstrusissimarum indagatorem. Primus Chymiam, Princeps potentissime, ab omnibus Academijs exulantem & fermè explosam, in tuam vocas, eiq; locum honoratissimum destinans. Quia enim es Princeps omnium literatissimus, idcirco etiam in supplendo Universitatum defectu perspicacissimus, juvandaq; repub., cujus totius fundamentum est recta adolescentum educatio & institutio, es prudentissimus liberalissimusq;. Ignominiam, quâ Chymico-mastiges antehac artem istam nobilissimam deformare, invidiamq; cultoribus ejus apud viros illustres & bonos conflare conabantur, removisti: illam ex Academijs exterminatam & exturbatam, proindeq; futilitatis, impietatis & nequitie crimine condemnandam esse clamitantes: modo non absimili, quo olim Judæi doctrinam nostri Salvatoris, Christi, eò quòd Phariseorum principes & Synagoga eam non amplecterentur, nitebantur populo suspectam reddere.

Utimini igitur, ô Medicinæ veræ Candidati, hâc Mauricij, Principis magni, munificentia: agnoscite Hartmanni, Professoris chymiatrici perquam industrij favorem, qui

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

In calce Legis. In Ideâ Medic. cap. 15. *tamen, ne porcis margaritæ proyiciantur, secretaq; omnia omnibus fiant manifestissima, & trivialia, philosophicè cavebit. Res sacra, ait Hipp. sacris hominibus demonstrantur: profanis id fas non est, priusquam scientiæ orgijs initientur. Neq; enim quemvis cum Petro Severino ad Diana balnea admittendum, neq; servatam à seculorum exordijs virginitatem temerè profanandam censeo. Janua vobis, ornatisimi juvenes, in inclytâ Mauritianâ panditur ampla, occasioq; offertur ad naturæ mysteria explorandum expedita, quæ certè nondum in Italiâ, nondum in Galliâ, alijsq; locis academicis vel remotioribus cuiquam patuit. Ingreimini igitur, & modestiam, submissionem, ignorantia confessionem, & discendi cupiditatem ingenuam (hac enim requirebant Antiqui à discipulis) afferte, & immensâ gratitudine Principis laudatissimi liberalitatem, Hartmanniq; dexteritatem prosequimini. Ad quos vel ipse Galenus, si revivisceret, discendi causâ accederet, demiraturus & exosculaturus tot tantaq; naturæ abdita, à posteritate eruta: exultaturus de tanto Medicinæ incremento: refutaturus deniq; verbis gravissimis istam mancipiorum suorum maledicendi licentiam. Sed unde digressus sum, redeo.*

Alterum igitur genus eorum hominum est, qui experientiâ & exemplis convicti concedunt, equidem, multa adhuc esse in rerum naturâ, à veteribus non explicita, non cognita; sed ab hoc demum seculo inventa & invenienda: quia verò discendi nova & meliora, occasione destituuntur, vel data præcepta, suo etiamnum enucleanda sudore indignantur, seq; superiores & doctiores agerrimè patiuntur: ideo alios, nihil propterea intentatum relinquere, addiscereq; volentes prohibent, impediunt, animosq; mortalium, ad criminandas artes, artificesq;, subtili oratione inducunt, accendunt, & nisi quod ipsi noverint vel fecerint, nil rectum volunt.

Utrosq;

EPISTOLA NUNCUPATORIA:

Utrosq; adversos mihi praevideo: hos quidem, quod ex tabulis sensum verum & desideratum non sint statim (nisi prius artis nostrae fundamenta edocti accedant) percepturi: illos autem, quod artem reminiscant nullam verè fuisse, aut si unquam extitit, penitus intercidisse opinentur.

Quorum telis objectum cum me animadverterem, de summo aliquo patrono, sub cuius umbrâ & tutelâ delitescerem, cogitare coepi. Elegi verò Celsitudinem Tuam pra alijs omnibus, spe plenus, me Veneri suem non esse, ut habet adagium, imolaturum, quocunq; sanè C. T. erga hanc artem (quod me latet) sit animo. Non amare illam fortasse possit; & odisse profectò non poterit, cum propter alias causas, tum propter divina ingenia & virtutes eorum, qui ipsam excoluerunt. Et si igitur, ut cum poeta canam,

Pagina iudicium docti subitura movetur
Principis:

tua tamen Celsitudini hos meos labores, sub quibus etiam Nomenclatorem mnemonicum padiunctum comprehendo dedicare & consecrare volui, ut maximum illum favorem ac benevolentiam, quâ C. T. nostram medico-chymicam facultatem exemplo raro, planeq; novo prosecuta est, gratâ & submissâ voluntatis significatione celebrarem.

Deus Opt. Max. qui solus gubernationes felices largitur, quiq; Regum & Principum cor in manu suâ habet, illudq; quò vult, inclinât; Celsitudinem Tuam scholis & ecclesiis quàm diutissimè florentem ac superstitem conservet, & consilia Ejusdem ita dirigat, ut patriæ nostræ tranquillitas exoptata retineatur, studium pietatis excitetur, et asq; hæc nostræ, à corporeâ & mortuâ, ad Spiritualem vitalemq; philosophiam atq; medicinam,


EPISTOLA NUNCUPATORIA.

*medicinam, indies magis magisque deficiat. Dabam Hala Saxo-
num, anno ab orbe redempto, M. DC. X. mense Julio.*

Celsitudinis Tuæ


Cliens obsequentissimus

Adamus Brux, D.




Clibani

*Clibani, cujus in dedicatione mentio facta fuit.
delineatio.*



- A. A. A. A. Tegula bifida.
 B. B. Cineres, arena, vel ferri limatura &c.
 C. C. Operculum.
 D. D. Canna ferrea.
 E. E. E. E. Pila ferrea.
 F. Ferramenta oblonga.
 G. Forceps, cujus extremitates paululum excavatæ.
 H. Later anterior circulariter excavatus, cui os cannæ inferitur.
 I. Later posterior, cannæ caudam excipiens.
 K. Cucurbita vitrea, collum latissimum habens.



In Viri Clariss.

Dn. ADAMI BRUXI
MEDICINÆ D.

ARTIS MEMORIÆ TABULAS.

BRUXI quid audes? quæ nova-te-vetus
Tangit cupido, MNE MOSYNES sacris
Te mancipare, atq; in sacellum
Indugredi varijs refertum
Rerumq; formis, atq; locis scatens
Non negligendis; scilicet ut tui
Dives penu vocabulorum
Accumules cerebri theatro?
Credenda paucis res ea; pluribus
Inanis, & quæ maceret ingen
Tantum tribunal, occupando
Mille locisq; notisq; mille.

Lib. 3 vari- MURETUS isthæc mente etiam prius
ar. lect. c. 1. Secum revolvit, nec SENECE fidem

Dedit prius quam comprobatum
Ipse oculis bibit, auribusq;

At ô stupendum! CORSICUS en fidem
Suprà levatus, ne minimo hesitans,

Latina, græca, vana sensu,

Sensu animata vocabulorum.

Sursum

Sursum, deorsum dicta recensuit
Triginta, & ultra, millia. Tute quid?
Mortalium suprane captum,
Istud opus Genij putabis?
Non herclè supra. SIMONIDEN vide,
Hac arte qui se, non similem sibi
Novisse, multum gloriatur,
Lustra quater bis agens senectæ.
Sit plurimum instar TULLIUS unicus,
Illa estimandæ SVADA loquentiæ,
Qui nixus isthac arte, quosvis
Mellifluo superavit ore,
Natura ductrix multa equidem valet,
Cui jure justo laus etiam sua
Tributa semper: at MINERVA
MNEMOSTNES animata formis
Felicius se & certiùs exserit,
Ac impeditâ progrediens viâ,
Ceu Thesei deducta filo,
Quelibet ex serie recenset.
Hoc eminentes ingenij bono,
Et publicatis conspicui Libris
Plures videntur, quos moriri
Laude suâ Genius vetabit.
Talis RAVENNAS, MARAFIOTUS &;
Tales & illi, SCHENCKELIUS modò
Quos publicavit, talis ipse:
MNEMOSTNES celebrisq; Templo

*SENNERTUS, alma LEUCORIDOS jubar
Inter medentum Lumina: talis E.*

*SEBALDUS ille SMARIGUS,
Teutonicam memorans loquelam
Laudata MNENES commoda; non procul
Tuo recensens à Genio genus,
Dilecte BRUXI, Fratris instar
Usq; meis celebrate Musis.*

*Hos praeuntes tu sequeris propè,
Nulli secundus, MNEMOSTNES decus
Argutulis monstrans Tabellis,
Et facili methodo revelans*

*Abstrusiores artis opes. O i
Dexter theatrum pandere nobile!
Omnemq; monstrans adparatum
Intimius vebito in penetral.*

*Nox heic tenebris nil tegit; heic nihil
Sol fulguranti lumine praepedit:
Sed lux ubiq; est rebus equa,
Et loca quae docet, E figuras,*


*Quae collocandis congrua voculis,
Et apta formas sumere quaslibet,
Quas vera, ficta, ignota, nota
Suppeditant locuplete cornu.*

*Doctore te intret discipulus frequens
Aedes verendas, E Tabulas sequens
Exasciatas, in suomet*

MNEMOSTNEN cerebro figuret


*Formas ad omnes. Laus tibi (credito)
Perenni-vivens surget, & entheis
Æquatus, humanus supra ibis
Ingenij hoc genitore mentes.*

**Caspar Cunradus Phil. &
Medicinæ D. Bresl.**




UX a


UT



UT Venerem parvâ Cous testudine pinxit
Dum sedet & vehitur per mare nata mari;
Sic nunc expolijt *memorandi BRUXIUS artem*,
Designans tabulis obvia gesta suis;
Condita quæ possint animi retinere fideles,
Dum sua vitalis pectora sanguis habet.
Ille docet parvis comprehendere magna figuris,
Hac serie nobis Cous & alter erit.
Sic nota diversis disponitur insita rebus,
Unde quod inquires certior esse queas.
Atq; ità quæsitâ signum te ducit ad oras,
Recta velut Thesei pollice fila geras.
Has etiam novit proles Perseia formas,
Militibusq; dedit nomina certa suis.
Atq; Neoclides docuit Pandionis oris,
Qualia *mnemonicâ BRUXIUS arte* monet.
Talia qui tractat, quali tractandus honore est;
Inscribi æternis debet & ille notis.

JOAN. SIGLICIVS D.





In artem

MEMORIAE ET OBLIVIONIS

Præfatio.

HDidi ante annos non multos,
Dialogum, quendam Medicochy-
micum; qui primùm Halæ excu-
sus, postea etiam, me licet igno-
rante, marginalibus illustratus,
Et majori fortasse, quàm conveni-
ebat, laude decoratus, alibi impressus prodijt. Huic,
pudore Et ingenuâ quadam (ut cum Cicerone loquar)
timiditate motus, nomen meum non præfixeram.
Quod cum nonnullos reprehendisse in me, attulisset
rumor: cœpi continuò de modo, quo vitare hanc cul-
pam in posterum possim, cogitare. Placuit igitur
libellum, quem tunc temporis de utilitatibus artifi-
cialis memoriæ, seu mavis, reminiscentiæ, molie-
bar, sub nomine Sebaldi Smarugisij in publicum
emittere, imitatus in hoc viros longè clarissimos Et
doctissimos, qui Et ipsi quandoq; in scriptis suis, non
ab omnium, sed aliquorum duntaxat oculis cerni,
latitareq; voluerunt.

Lib. 2. de
Oratore.

A Quod

Quod ideo admonitos lectores volo, ne in sententias quorundam hominum, ignota secundum proverbium, alla trantiu discedat, qui propterea quod literas sive elementa mei nominis transposuerim, eorundemque unum, in duo alia equipollentia resolverim, plerumque falsa & efficta in isto libello esse, criminantur.

Velim autem eos, antequam temere pronuncient, animo acri & attento intueri illa, quae autores gravissimi & fide dignissimi, cum veteres tum neoterici de memorandi arte attestati sunt. Velim quoque eos in suam ipsorum mentem introspicere, hancque omni cogitatione pertractando percontari, num ad accersendum quempiam falsitatis crimine, sufficiat nominis facta transpositio: cum videamus plurima etiam verissime & eruditissime scripta esse, quae tamen aut nullum, aut perversum omnino auctoris nomen praefereunt. Exemplo nobis (ut unum e multis adducam) esto Evonymus Philater: quis enim per hunc intelligi debeat, per vulgatum sane multorum jam est sermonibus. Velim tandem ante oculos sibi constituent Christianissimi & Reipub. bono nati Principis summam dignitatem, summamque splendorem: apud quem in dedicatione istius praedicti libelli, pro arte loqui animus certe parvisset, cujus fundamenta nulla forent.

Quinimò religiosè affirmit, omnia illa, quaecumque de artis effectibus à me posita sunt, vero veriora esse, licet non juxta quolibet cujuslibet, eam ignoratis, opini-

onē. Audias enim nonnullos usq; adeo iniquos & importunos, ut non tantum trium illarum disciplinarum, sive (ut communiter vocant) facultatum: sed omniū fermè rerum scientiam & cognitionē requirant ab ijs, quos bac arte instructos noverūt. Ceterum sciāt ejusmodi avari & injustissimi judices, alia esse memoriā, tanquā sine tribus illis, vim subsistēdi habentem: alia itē Theologiā, alia jurisprudentiā, alia Medicinā, quarū tamē nulla citra illā subsistere potest.

Verum enim verò, quantum memoria ad consequendā eruditionē adferat adjumenti, ita apertū ac manifestum est, ut invito id dicam. Animadvertit namq; longā rerū serie, temporumq; intervallo est, eos omnes, quicūq; ex doctrinā aliquā nobiles & conspicui citò evasissent, memoriā valuisse: ut hoc nomine artem reminiscendi non immeritò instrumentum instrumentorū appellari posse existimem. Quemadmodum enim verissimè mater ignorantiae oblivio dicitur: ita non minus verè etiā Musarū mater, memoria appellata fuit. Id quod M. Anton. Sabellici cōprobatur etiam auctoritate, in hunc modum scribentis: Memoria, inquit, secundū rationem, nil Deus dedit homini sanctius, nil utilius, & ad eruditionē aptius. Est haec thesaurus disciplinarum omnium, artiumq; studio & labore conquistarum, custos fidelissima. Aliquid certè vidit sapiens poëta, qui Musarum memoriā dixit matrem: nec minus prudens,

Lib. 10. c.
9. Exem-
plor de
memoriā.

qui Lethen, huic contrariam apud inferos statuit. Constat id bonum naturæ beneficio: augetur tamen & excolitur arte. Hactenus ille.

Quibus ergò natura talem, qualem desiderabant, memoriam largita est, hi pro tam insigni dono, maximas profectò gratias agere & habere DEO debent: Hiq; artis beneficio possunt carere, sicut etiam optimâ valetudine præditi, medicinis. Contrâ, qui infirmam valetudinem obtinent, varia à variis auxilia & medicamina, quibus sustentare ac fovere ipsam queant, conquirunt. Ita igitur & qui memoria sunt imbecillâ, libenter tamen ad honores aspiraturi, faciunt, neq; animum abijciunt: sed puerorum vestigijs insistant, qui quamvis stature parvæ sint, arte defectum supplendo, in colles & scamna quævis obviam scandunt. Quod si pueros imitari turpe existiment, imitentur silicernia, quæ ubi jam (ut canit Maro)

gelidus tardante senectâ

Sanguis hebet, frigentq; effoetæ in corpore vires, scipionem adhibendo gressus firmant, naturæ prostrate hoc pacto suppetias ferentes. Non rarò fit, ut ex nativâ constitutione infirmi, per consulares medicinas ad tantam salutem reducantur, quò & vivaciores, & ad majorem, quàm corpora naturâ robusta & vegeta, dignitatem, laudem gloriamq; querendam & inveniendam fiant promptiores. Non

abs-

absimili modo memoria labilis, per loca & imagines, tanquam veros scipiones & fulcra, usq; adeò stabiliri, augeriq; potest, ut edat opera omni fide superiora, soliq; nativæ inimitabilia. Quam verò, si per naturam bona fuerit, cur arte redditam nolis meliorem, causam non video. Naturalis siquidem memoria præceptionibus confirmanda est, ut sit egregia. Neque enim hoc magis aut minus in hac, quam in cæteris artibus fit, ut ingenio, doctrinâ & præceptione rite sciat. Quare & illis, qui naturâ memores sunt, utilis hæc erit institutio; sicut loquitur experitissimus in hac arte Cicero.

Lib. 3. ad
Heren.

Videmus puellas nativâ pulcritudine insignes mundum, & ornatum artificialem minimè respicere: sed æquè, atq; deformes, & quandoq; magis etiam appetere, inq; eo multum operæ, temporisq; consumere. Atq; hac quidem ratione hæ, nature quod deest, supplere, seq; venustiores & acceptiores reddere: ille verò naturalem formositatem plurimum adaugere, consueverunt. Mirum autem videatur, sæpè indecoras, vestitu & omnis generis ornamentis externis tantum profecisse, ut vel pulcherrimis, artificiosi tamen ornatus negligentibus palmam eripuerint, omniumq; oculos in sese converterint. Ea verò demùm speciosissima virgo verè creditur, cujus forma naturalis splendida, artificiali adhuc splendidior multò redditur: ejus demùm gloria erit illustris, recteq; à

memoriã dici merebitur, qui eam non tantum egregiã habet insitam: verumetiam inductione quadã, perceptionisq; ratione amplificatã & corroboratã.

Nunquam quisquam fame sibi celebritatem comparavit insignẽ, quicumq; solã inclinatione naturali fretus, pictoriã, aliamve id generis, sine arte exercuit. Equus generosus, & naturã optimẽ compositus, absq; prægressã equisonis industriã, non potest esse ad eas utilitates idoneus, & aptus ad ea, ad quæ desideratur: refractarius namq; est subsistendo, & indomitus currendo, quando & ubi non convenit. Sic difficilimũ est, in longã oratione vel concione non aliquando aliquid ita dicere, quod sibi non usquequaq; conveniat. Idemq; quod in pleno ex monte sublimi decursu, ubi nullæ arbores, aliave subsistendi adminicula cernuntur, solet accidere, accidit: involuntaria nimirum, & longior, quàm proposita sit, excursio, sæpè etiã influentia præcipitatio, aut ad saxa, aliãq; objecta, cum magno vitæ discrimine, offensio. Vera hæc esse comprobatur trito sermone adagio: Lingua quò vadis? Poëta quoq; idem videtur innuere, quando dicit:
 — — Semel emissum volat irrevocabile verbum.
 Multis magno ingenio atq; eruditione viris, etiam optimẽ excogitata, animoq; infixã, ad magnam auditorum coronam præ pavore in repentinam oblivionem veniunt, & evanescent, simileq; quiddam, ut D. Chrysostomus ait, patiuntur ijs, quibus subito quodam

dam terrore aut metu concitatis & exanimatis frequenter res, quas manu tenent, digitisq; fortiter stringunt, excidunt, nervis subito dissolutis, cum totius animatis & vitalis facultatis prostratione. Hinc Isocratem quoq; magnum illum oratorem, inter amicos dicere solitam ferunt, se quidem docere decem minis: cæterum qui ipsum doceret audaciam, huic se mercedis loco decem millia daturum esse. Pusillanimitas enim Isocratem luce forensi (veluti Cicero loquitur) carere, & ad dicendum inutilem ferè fecit.

Sunt etiam Plinio, & communi experientia testibus quidam, quorum animus, si interiectis aliquot verbis aliò devocetur, usq; adeò turbatur, ut eis in momento quasi, universa excidant, quæ modò narrare instituerat. Cujus rei exemplum memorabile in magna Martyrum historia extat. Cum enim inter degradandum Joannem Caturceium, juris Licentiatum & Professorem Tolosanum, monacho cuidam habenda esset concio, isq; sequentia D. Pauli verba, utpote concionis thema; Spiritus autem disertè dicit, fore, ut posterioribus præstitutis temporibus desciscant quidam à fide, attenti spiritibus deceptoribus, ac doctrinis demoniorum; populo prælegisset, substitit, declarationi horum sese accingens. Quem Caturceius, futurus martyr, altà voce cum compellasset, eumq; ulterius in textu progredi legendo jussisset: mente is prorsus concidit, stupidusq; pavore, piscis instar, obmutuit.

lib. 8. c. 22

Hist. mag.
Martyr.Hanoviae
impressa,

pag. 207.

1. ad Tim.

4.

Hæc igitur & alia facile ab ijs, qui memoriam naturalem artificiali dotarunt confirmaruntq̄, caveri solent. Sed quid hisce multum immoror? Qui legerit & perpenderit ea, quæ Cicero lib. 3. ad Her. capite, de memoriâ: libro item 2. de oratore circa finem, de hac arte posteritati scriptum reliquerit, is procul dubio æquiores se in judicandâ illâ geret. Nec est, quod aliquis difficultatem artis accusare, cumq̄ Gyberto Longolio, Ciceronem ardua quædâ, & vix maximis ingenijs imitabilia de memoriâ scripsisse, obijcere velit. Nam in eodem ad Herennium libro expressè ait, se non tam ingenio fretis, quàm ijs, qui minus ingenij haberent, per hanc artem adjuvamento esse velle. Et paulò post addit, rerum memoriâ plus habere facilitatis, quàm verborû: sed tamen neq̄ hanc nimis difficilem, aut parum utilem esse. A-lio item loco: Veruntamen, inquit, neq̄ tam acrimemoriâ ferè quisquam est, ut, non dispositis notatisq̄ rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur: neq̄ verò tam hebeti, ut nihil hac consuetudine & exercitatione [memoriæ autem artem intelligit] adjuvetur. Videantur quæso loca ipsa apud autorem, quæq̄ pluribus ibidem Cicero subjungat.

Pleriq̄ sunt in eâ opinione, maximæ Ciceronem memoriæ fuisse oratorem, nativæ: sed hos falli inde colligitur, quod de seipso ita scribat: Non sum ego tanto ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivio-

Commē-
tar. in finē
libri 3. ad
Heren.
Pag. 101. e-
ditionis
Coloni-
ensis.
Pag. vide-
licet 110.
Lib. 2. de
Oratore,
non pro-
cul à fine.

Lib. 2. de
Oratore.

nis artem, quàm memoriæ malim, gratiamq; habeo
 Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem me-
 moriæ protulisse. Hieronymus Treutlerus quoq; Ci-
 ceronem hac arte plurimum adjutū fuisse testatur:
 qui tātū etiā abest, ut difficile hanc artē existima-
 verit, ut adolescentes per lusum in eā exerceri velit.

Theaur.
 Eloquen.
 pag. 247.
 Eod.lib.
 pag. 250.

Quæ cum ita se habeant, quanto magis artem dif-
 ficultate carituram esse credendum est apud eum,
 qui harum Tabularum, non sine magno studio & la-
 bore à me concinnatarum, usum rectè noverit. Etsi
 verò ad faciliorem artis perceptionem multum con-
 ducant: ejusmodi tamen non sunt, quæ solæ aliquem,
 quantumvis ingenij gloriâ plurimos antecellat, ple-
 nè erudire, artificemq; creare valeant. Sine vocali
 enim institutione ars ista haud aliter, atq; Dialecti-
 ca, Arithmetica vel Musica addisci vix potest: cum
 multa sint, quæ declarari scribendo nequeant, loquē-
 do queant: quamvis etiam nō pauca sint, quæ scribē-
 do quidem explicari sufficienter possint, sed unde ni-
 hil clari operis existat. Sedulò igitur lectores moneo,
 ne in eruendo genuino illarum sensu, animos excru-
 cient, seq; emacerent prius, quàm fundamenta artis
 mediocriter ex vivâ doctrinâ didicerint, nam ut ait
 Poëta:

Si nihil attuleris, ibis amice, foras.

Clariora equidem artis præcepta dare potuissem,
 si librum magnum conscribere voluissem: quæ verò

mens mea nunc non fuit. Ut non dicam, felicius multò, multa in hac arte audiri, quàm legi: quemadmodum ad Here. dū etiam Cicero, libro suprà citato videtur innuere, quādo ita loquitur: Postremò præceptoris est docere, quemadmodum quæri quicquam cōueniat, Et unum aliquod aut alterum, non omnia quæ ejus generis erunt, exempli causā subjicere, quò res possit esse dilucidior, Et c.

Autores, qui de hac arte scripserunt, ad unum omnes, quotquot legi, rectè tradunt, memoriam rerū comprehensu longè esse faciliorem, quàm verborum. Nihilominus contrariū apud discipulos accidere, meminisse. Rerum similitudines exprimi aiunt, cum summam ipsorum negotiorum imagines comparantur. At, quū summaria hæc imaginum comparatio fiat, scire, hoc profectò opus, hic labor est: nam Et me hoc (ingenuè fateor) acriter primum torsit: in quo proinde rectè intelligendo Et explicando, totum animū, atq; omnem curam, operam Et diligentiam ponendam mihi esse arbitratus sum. Videborq; in arte initiatis non parvum lumen accendisse cum ijs, quæ de formatione sententiarum, prolixè adeò per exempla tradidi. Quamvis non negem, etiamnū difficultates aliquas remansisse, quas tamen omnes unicā regulā, multis tandem curis Et vigilijs, per DEI gratiam inventā, aut potius aliunde huc translata, nullo ferè negotio superare soleo. Hanc verò non sine


causis

causis multis, magnis, & necessarijs, mihi, meisque
 discipulis, tanquam insignem artis clavem, solis re-
 servo. Oportet enim (ut Basilij Valentini verbis u-
 tar) artes aliquas esse secretas, Arcanaq; & myste-
 ria relinqui peculiaria & propria philosophis, qui in
 inveniendis ijs opere plurimum, studiūq; consumpse-
 runt, varia idcirco voluptatum & delectationum
 genera, in quibus alij plures sæpè dies & noctes collo-
 cant, deserendo. Fontium derivationes, liberales &
 humanæ existunt, dominijs verò jura & libertates
 ubiq; concessæ: sicuti loquitur Severinus in suâ Me-
 dicinæ Ideâ. Neq; tamen is existimari velim, qui
 totum se huic arti unquam dediderit, aut dedere cu-
 piat: quippe quem aliæ & graviores in Medicinâ &
 Chymiâ occupatum, impeditumq; tenent curæ, à
 quibus verò reminiscendi ars minimè, Savonarola,
 Grataroli, aliorumq; testimonio, est aliena. Nunc,
 quæ de locis & imaginibus commentatus sim, paucis
 etiam accipite: ex hisce enim duobus, ars ista
 nostra constare potissimum, ab omnibus
 rectissimè statuitur.

Triumph.
 Antimon.
 pag. 229.

Pag. 375.

Savona-
 rola tract.
 6. cap. 1.
 de ægri-
 tud. capi-
 tis.
 Grataro-
 lus lib. de
 memoriâ
 cap. 7.



DE LOCIS ET IMA- GINIBUS.

Lib. 3.

Dest interfectum Smerdin, & aboli-
tum imperium Medorum, ita inter sex Per-
sas (Otanes enim jus suum reliquis, cum con-
ditione tamen, cesserat) primores, Magique
trucidati authores convenisse refert Herodotus, ut Sole
ex oriente, equos conscenderent, inque suburbanis vecta-
rentur: Cujuscunq; autem eorum equus primus omni-
um hinniisset, is in locum Cambyfis, summam rerum ad-
ministraret. Erat Dario, uni ex sex illis, equo, nomine
Oebares, vir admodum industrius, quem ille à reliquis
digressus, quid de regni negotio inter se decrevisset, edo-
cet, eumque solertiam aliquam comminisci jubet, quâ re-
gnum obtinere præ cæteris possit. Cui vicissim Oeba-
res: Si in hoc, inquit, rei cardo versatur, ut rex sis, vel
non sis, jubeo te bono animo esse, inque potiundo impe-
rio vehementer confidere. Nocte igitur ingruente u-
nam equarum, ab equo Darij maxime adamatam, in sub-
urbana ducit, ibique alligat. Quo facto equum Darij
quoque adducit, eumque circumagens, identidem equæ ad-
moveret, ac tandem admittit. Postero die simul atque illu-
xisset, sex Persæ ex convento adfuere, equis suis insiden-
tes: Cumque in suburbanis ultrò citròque circumvecti ad
locum, in quo Oebares equam alligaverat, pervenissent,
equus Darij statim hinnire cœpit, sicque dominum suum
clamore isto ad imperij majestatem evexit.

Hæc historia, quantam ad reminiscentiæ artem com-
parandam, momenti habeant loca, bellè ostendit. Cùm
enim hic locus in causâ fuerit, quamobrem equus, ani-
mal

mal irrationale, memoriam rei, quæ circa illum, nocte præcedente acta fuisset, repetierit, ac proinde ad delectationis præteritæ cogitationem, vocem emiserit: quanto magis existimandum est, mentibus nostris occursura esse facta & res, si, in quibus gestæ illæ sunt, loca oculis vel animo saltē proposita habuerimus: præsertim si vehementer nos afficiant, cuiusmodi ferè sunt insignes & novæ, quippe diutiùs in memoria hærentes: cum contrà usitatarum facilius nos capiat oblivio. Quis enim eorum est, qui in regno Neapolitano semel tantum viderunt grottam illam seu specum decantatam, spirantem auram venenatam lethiferamq; , ut ad loci hujus sive specus memoriam repetitam, non simul etiam recordetur eorum, quæ canis ibidem fuerit perpeffus, utpote qui immissus continuo omni vitâ, quoad sensum, orbari: extractus verò, & in lacum vicinum immersus, reviviscere sit solitus? Quis eorum, qui urbis illius, Montefiascon Italis dictæ, reminiscuntur, quæso est, ut non simul etiam generosissimi & suavissimi illius vini, quod ibidem nasci ac bibi solet, reminiscatur? Cæterum cum hæc omnia sensus nostros exteriores egregiè incurrant, plurima verò sint, quæ ipsos plane subterfugiant, quorum tamen memoria repetenda est: paulò altiùs telam ordiri ac philosophari, consultum mihi esse videtur.

*Delit. Ital.
in descrip.
regni Neapolitani.*

*In descrip.
itineris
Rom. Senis.*

Rex aliquis, cui vel ob morbum, vel ob insidias, vel propter coeli inclementiam, aliamve quampiam causam, pedem è regiâ efferre, forasq; progredi non licet, nihil eorum, quæ in regno suo geruntur, immediatè potest scire, nisi id mediatè, hoc est, per satrapas, præfectos quæstores & satellites aliosve ministros suos cognoverit. Quorum proinde operâ etsi carere nequeat: non tamen æqualem omnes & singuli apud ipsum merentur fidem,

cum alius alio, hac semper fit magis aut minùs dignior : neq; etiam ad omnium relata & sermones æquabiliter attendit, aut hæc memoriæ infigit, cum iisdem inæquabiliter moveatur & vultum commutet.

Simili propemodùm ratione animus noster, corporis ergastulo inclusus & quodammodo incarceratus, exq; sese nihil agniturus, suos habet satellites & ostiarios, quorum famulatio necessario utitur. Hi sunt quinque illi sensus externi, visus nimirùm, auditus, gustus, tactus, & olfactus : horumq; instrumenta, oculi, aures, lingua, cutis & nares. Quicquid ergo animus vult intelligere & comprehendere : id unius janitorum prænominatorum ministerio ut fiat, necesse est. Atq; hinc est, quod vulgò dici consuevit : Nihil in intellectum cadere, quod non priùs in sensum ceciderit. Differunt verò hi janitores inter se multùm autoritate, testimonijq; sive nuntij gravitate. Quanquam enim omnes æquali & indefesso studio, sensibilia forinsecus occurrentia domino suo indicent : fidem tamen non omnibus is adhibet æquabilem & unam. Certissimam verò scientiam sumit ex sensu visus, quippe quem seit & exquisitiùs reliquis pleraq; cognoscere, fideliùsq; propterea ad se continuo deferre.

Non expedit, res ipsas, sed earum duntaxat imagines seu species ad regem à ministris transportari : ut si v. g. venator aliquis aprum insignis & raræ magnitudinis venabulo transfixerit, idq; regi suo significare voluerit : non opus est, ut feram ipsam ei (sermo autem est de rege, qui certis de causis nunquam in publicum prodit) coram præsentem exhibeat : sed sufficit, ejusdem formam, numerum, longitudinem, latitudinem, profunditatem, colorem, locum item in quo capta sit, aliasq; circumstantias retulisse, ex quibus figuram seu simulachrum, a proprius

prius abstractum, etiam rex ipse facile animo concipit, idq; ne memoriâ elabatur, cretâ vel atramento annotat.

Ad eundem modum commemorati isti fatellites, non res quidem ipsas, exempli causâ, hastam aliquam prælongam, aut lapidem animo, sive, ut specialius & distinctius loquamur, sensui communi vel interno: (neq; enim huiusmodi admittit) sed species tantum & imagines iisdem abstractas, quam possunt celerrimè adferunt. Quas ille omnes quidem facile admittit, non tamen sine discrimine retinet: quando quidem eas, à quibus videlicet vehementer afficitur, firmiter insidere sinit, inq; memoriâ, veluti in thesauro recondit: illas verò, à quibus scilicet parùm aut nihil movetur, leviter saltem adhærescere, aut prorsus etiam evanescere permittit. Quæcunq; igitur in memoriâ firmiter reconditæ imagines permanferint: hæc haud aliter animum, ac si res, quibus abstractæ fuerunt, ipsæ, oculis nostris obversarentur, ad recordandum excitare solent.

Ex hac doctrinâ manifestum fit, quàm multum referat in hac arte scientia rectè & dextrè fabricandi imagines, non quasvis: sed quæ illicò occurrere celeriterque percutere animum possint: id est, quæ sint actione quâpiam insignes, benè visibiles, variæ, inusitatæ, ridiculæ, justam magnitudinem habentes, incredibiles, plurimum lætitiæ aut tristitiæ afferentes &c. Cùm igitur hæc sine imaginibus nihil fiat, plurima tamen sint, quorum imagines sunt omninò nullæ: sequitur, res, proprias formas externas habentes, facilius: quæ verò nullas habent, difficilius, aut nullatenus fortasse, ut aliquib. videri posset, comprehendi ac rememorari. Quomodo enim hisce imaginem abstrahas, quam nunquam habuerunt? An quisquam nudo vestes potest detrahere? Sciendum pro-

Vide Aristotelem l. 2. de Animo, c. 12. de cerâ & annulo.

inde huiusmodi rebus imagines antè, quàm eas abstrahamus, aliunde comparandas & mutuò accipiendas esse: aliàs nunquam sensibus nostris obtemperaturis, memoriamq; non nisi maximo labore ingressuris. Quid, quod etiam si in memoriam tandem summo conatu fuerint devolutæ, ocysimè inde ferantur præcipites; penitusq; cum nullæ harum sint formæ visibiles, sensum illum interiore afficientes, oblitterentur, & evanescant. Testantur id pueri, qui decuplo citiùs memoriæ mandant Germanica vel Latina, quàm Græca vel Hebraica aliave ignotarum linguarum scripta, à quib. nulla simulachra possunt colligere.

Rom. I. v. 23. & 25. Vera esse, quæ dixi, Ethnici omnes comprobant, qui cum veram & genuinam formam incorruptibilis (& infurabilis) Dei ignorassent: gloriam ejus in efformatam imaginem corruptibilis (& figurabilis) hominis & volucrum, & quadrupedum, & reptilium mutarunt, colentes res conditas & eis, præterito conditore, servientes. Christus, Salvator noster potuisset simpliciter discipulos suos ad humilitatis studium, mutuòq; amandum adhortari. Quod tamen solum non fecit: sed etiam humiliationis mutuiq; amoris exemplum, signum, figuram, imaginem, speciem, characterem sive simulachrum evidens ipsis reliquit, pedes eorum lavando & abstergendo. Sciebat enim hominis memoriam circa sensibilia esse potentem atq; diuturnam: sine his verò labilem & momentaneam. Maximè igitur sensibiles imagines cum sint: non immerito propter res memorandas in hæc arte traduntur esse inventæ. Mortis figura propriè nulla est, & sine hac tamen agrè in memoriam revocatur. Mutuatam ergo cum cernimus, ejus memoriam protinùs subit. Et hæc causa est, cur Christus dicatur mortem deglutivisse, pro mor-
tem

tem vicisse: Sensibilior namq; multò est mortis effigiatæ, quantumvis falsò, deglutitio, quàm non effigiatæ superatio: nosque idcirco ad recordandum reddit promptiores, expeditioresq;.

Et si enim hujusmodi imagines improprie & fictæ sint: æquè tamen atq; veræ & propriæ hîc profunt: siquidem idem utrarumq; finis est, reminisci videlicet earum rerum, quarum sunt simulachra seu species, sive propriæ sive alienæ & mutuò sumptæ illæ fuerint. Quemadmodum & qui mendacium (id enim quoq; Dario teste, quandoq; expedit) dicit, & qui veritatem loquitur, ad eundem sæpè scopum collimant & perveniunt: quippe cum ij, qui mentiuntur, tunc mentiantur, cum persuadendo sunt quippiam lucrifacturi: & qui verum dicunt, ideò dicant, ut veritatem dicendo, aliquod lucrû consequantur.

*Herod. in
Thaliâ.*

Sicuti etiam alius hûc, alius illuc magis est proclivis: ita quoq; non rarò falsa sive impropria imago in hac arte pro verâ sumitur: prouti videlicet hac vel illâ artifex magis afficitur: vel prouti hanc aut illam, rebus rememorandis faciliùs & commodiùs novit abstrahere. Adde, quod nonnunquam magis etiam percellamur ijs, quæ falsò, quàm quæ verè cernimus: ut cum pueri larvatum aliquem exhorrescunt, & fugiunt, quem aliàs nihil time-
re, sed potius expetere atq; amplecti consuevere.

Illam ipsam quoq; causam esse arbitror, quam obrem Deo, & angelis, oculos, aures, nares, brachia, genua, pedes, aliasq; corporis animalis partes, sacra scriptura attribuat: nimirum quò naturæ & res divinæ, tanquam spirituales, infigurabiles, insensilesq;, per sensibilia ista eò melius ad sensum communem deferantur, delata memoriæ committantur, & commissa inde rursùm, quando o-

Philip. 2.

v. 9. & 10.

Quapropter etiam Deus ipsum (Christum) in summam extulit sublimitatem, ac donavit ei nomen, quod est supra omne nomen: ut ad nomen Jesu omne genu se flectat coelestium ac terrestrium, & subterraneorum &c. non vult angelos reverâ genua, utpote quibus carent, flectere: sed per hanc ceremoniam sive genuum incurvationem sensus nostros apprimè ferientem, vult indicare summam coelestium spirituum, erga nostrum Redemptorem Christum, venerationem & submissionem.

Nunc duo concordēs animâ moriemur in unâ. *Duo juvenes mutuo complexu hærentes & mortem subeuntes suo Nuce.* [Primæ literæ & totius conceptus formatio]

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu. *Vitis major, sub quâ alter alteri pecuniam enumerat, & ad certum tempus concedit.* [Primæ syllabæ, & conceptus figuratio]

Verba neminem movent, nisi eum, qui ejusdem lingvæ societate junctus sit. *Homo tentans seram Herbâ recludere: re autem non succedente, clavem genuinam adhibet, quàm è manicâ depromit.* [Primæ vocis & conceptus formatio]


Frustrâ eos appellamus, quorum auris atq; animus à nobis abhorret. *Fridericus napelli noxas commemorat, à quo auris auditoris abhorret.* [Præcipuæ vocis Appellamus (imò Auris etiam) & primæ quoq; simul literæ formatio]

Modus
ex omni-
bus vel a-
liquibus
dūtaxat
composi-
tus.

Senes ægerrimè dediscunt vitia, quæ pueri didicere. *Senis erectio.* [formatio vocis primæ, & conceptus per proverbium]
 In ipsis rebus, quæ discuntur & cognoscuntur, invitamenta
 • insunt, quibus ad discendum cognoscendumq; movemur.
Puer Discum habens corbis contenta contemplatur, in quo castaneas, quibus delectatur, scit contineri. [Formatio vocis præcipue Discuntur, & conceptus per similitudinem à puero desumptam]
 Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa rulit, fecitq; puer, sudavit & alfit. *Tabellarius sub Quercu fasciculo deposita quiescens, & cessante sudore, algere incipiens.* [Formatio literæ primæ & summæ totius]
 Sæpè alius peccat, alius plectitur. *Lapis ad Sepem projectus, à cane morsus.* [Formatio primæ vocis, & conceptus per similitudinem, à cane & lapide petitam]

NOTA.

Proximè sequentes tabule, nimirum decima, undecima, & duodecima ab hac nonâ tabulâ dependent totæ, nihil ferè novi docentes, sed tantum ad explicationem hujus majoremq; diluciditatem formandarum integrarum sententiarum facientes.



ARS MEMORIAE.
TABULA X.

94

DE HISTORIIS ET FABULIS.

<i>Divisio in membra principaliora, horumq; figuratio.</i>	<i>Historia Simsonis.</i>	<i>Angelus Manoachi uxori appa-rens. Nuptiæ Simsonis cum Thimnath celebratæ. Leo discerptus. Mel in ore leonis. Ænigma Pelitschæis propositū. Trecenti viri occisi, horumque exuvia. Vulpes trecentæ. Asini maxilla. Fons erumpens. Valvæ portraum. Delilæ vincula &c.</i>
	<i>Fabula.</i>	<i>Pater fenex & filius adolescentulus asinum præ se agentes absque sarcinâ. Filius asinum conscendens. Pater asino insidens, filio pedite. Pater & filius asino simul vecti. Iidem eundem, palo inter colligatos pedes immisso, humeris suis gestantes. Multitudo hominum accurrens, & risu emoriens. Pater furore percitus. Asini ab aggere alto, in fluvium præcipitatio, & submersio.</i>
<i>Historia & Fabula.</i>		

Quod si sententia aliqua insignis, phrasis, figura, vel aliud quid notatu dignissimum occurrerit, huic peculiarem figuram ut constituas, opera est precium.

ARS MEMORIAE.
TABULA XI.

DE CONCIONIBUS ET ORATIONIBUS.

Concio-
nes & o-
rationes
vel:

Audiuntur. Procedendum hîc, quemadmodum cum historijs & fabulis fieri debere diximus. Ante omnia autem diligenter observanda, locanda & formanda sunt:

Exordium
Narratio
Propositio
Divisio
Confirmatio
Exempla
Refutatio
Peroratio.

Habentur.

Dividantur in partes principales, & minùs principales, quarum quælibet suo loco, formatur applicetur.

Supervacaneum est, omnes periodos velle locare & formare. Qui tamen hoc volet, is tot loca & imagines, quot sunt periodi, formare necesse habet. Si autorê aliquê allegare voluerimus, in ejus locum surrogandus est amicus, aut alius quis, qui nobis sit notissimus, quiq; id nominis obtineat. Cùm verò non semper hujusmodi nomina nobis suppetant: consulenda erit tabula superior numero septima: hæc siquidem plures, propria figurandi, modos docet,

NOTA.

De formatione citationum simplicium & compositarũ, diligenter scripsit Austriacus ad quam lectorem remitto.

Citationes autẽ librorum & capitũ quĩ formẽtur ex sequenti-
b9 exem-
plis colli-
ges.

Matth. 8. *Matthæus* librum in manu habeat, cui impositum sit *sertum* semel contortum. Vel adsit *Matthæus* (sine libro) *arenarium* in manu gerens.

Hebr. 8. *Paulus* habeat in dextrâ *librum Hebraicè* scriptum, sinistrâ autem *ocularia* naso imponat.

Marci 3. *Marcus* super *sellâ tripedali* sedens: *tres digitos* erigens: *tripodi* cereos funiculos applicans, vel *tres lineas* rubras ducens.

2. Joan. 3. *Ioannes* aliquis dextrâ *bidentẽ* vel *anatẽ*, lævâ verò *cornettam*, *triangulum* aut *trifolium* ostendens.

Gal. de facult. aliment. 9. *Galenus* aut alius quidã *Medicus* clarissimus comedens *pyrũ oblongũ*, quod ori admovet.

ARS MEMORIAE.
TABULA XII.

DE CANTIONIBUS, VERSIBUS ET
ALIIS RYTHMIS.

Cantiones, versus & alij
rythmi.

Vox.

Prima. Sic in sequenti cantionis membro, formetur tantum vox *Serva*, per aliquem modorum, quos exhibet Tabula superior, numero octava de verbis.

Serva Deus verbum
tuum,
Et frange vires hostium,
Qui Jesum filium
suo
Turbare conantur
throno.

NOTA.

Primam voce formatam sicq; in memoriam revocatam, reliqua sponte, beneficio metrorum seu pedum, plerunq; fluunt, ut apparet ex præcentoribus in templis & scholis.

Præcipua. Sic in seq. exemplo sufficit figurasse vocem *Gregis*, secundum tabulam superiorem, quintam numero.

Ostende nunc potentiam,
O Christe, rex regum
tuam:
Defende parvulum
gregem,
Qui te fatetur principem.

Summa rei.

Sola. Sic uni loco includo Elisæum Spiritu oris sui, filiolum Schunammidis mortuum *vivificantem*, pendente ad lectum *lyra*, quam illi in manus dat, eumq; fidib. canere & bono animo nunc esse jubet. Alteri loco affingo imaginem *vulpis* è puteo profundo, *auxilium* à prætereunte lupo *petentis*.

Vivificator Spiritus,
Concordiam danda
cordibus:
Ades periclitantibus,
Cum morte conflictantibus.

Cum notatione &c. Pag. 97.

Litera. Esaias Galeá faciem operiens, postquam Dominum solio insidentem, Seraphimq; astantes, & Sanctus, Sanctus, Sanctus, cantantes audisset & vidisset.

Deo Patri sit gloria,
Ejusq; soli Filio,
Cum Spiritu paracle-
to,
Nunc & per omne se-
culum.

*Cum nota-
tatione
prioris
vel:*

Syllaba. Albertus undis submersum eripit, qui præ gaudio cantillare, eiq; maximas gratias agere incipit.

Alle deine Wasserwagen/
Deine Wellen allzumal/
Über mich zusammen schlagen/
Doch tröst ich mich in Trübsall/
Daß du helfen wirst bey tag/
Daß ich des Nachts singen mag/
Dich als meinen Heyland preise/
Anruff vnd anbet mit fleisse.

Vocis. Sic in exemplo sequente vox Angelis formanda simul est cum toto rei conceptu: id quod varijs modis fieri potest, prout ex tabulis superioribus videre est.

Angelis curæ genus esse no-
strum,
Qui DEUM vero colimus
timore,
Aspice, exemplis probat,
hæc abundè
Pluribus ætas.

NOTA.

Rarò figuramus primum cantionis alicujus membrum, ut quod omnibus fere est obvium ac notum.



T A B U L A XIII.

DE SYLLOGISMO ET ENTHYMEMATE.

Syllogismi
locantur vel
secundum.

Medium
terminū,
positum
in loco
vel:

Solitario. Omne animal rationale est homo. Mulier est animal rationale. Ergo est homo. Medius terminus est rationale, nomen videlicet adjectivum, quod formo secundum tabulam septimam, ponoq; in locum rationalitatis (quæ hîc eadem est atq; sapientia) vel:

Subjectum: Salomonem diadematum, tribunali eburneo insidentem & sapientissimè iudicium exercentem. Vel pono *Elephantem*, tanquam animal inter irrationalia, maximè prudens, quippe cui etiam nonnulli aliquid rationis ascribere non sunt veriti.

Oppositum: Amentem videlicet alieni quippiam à ratione agentem.

Signum: Arithmeticum aliquem. Numerare enim certissimum rationalitatis signum est: cum fatui & bruta non numerent.

Personato. Fingatur imago sive persona (ut in proposito exemplo hæreamus) illius loci, vel:

ratiocinari
delirare
numerare.

Omnes tres &c. Vide Pag. 99.

NOTÆ.

Hic modus multò est sequente facilior & commodior. Qui enim mediÿ termini meminit, is ambarum quoq; Premissarum, sicuti & Conclusionis non potest non meminisse: dummodò mediocriter saltem in Dialecticis sit versatus, & thema disputationis observet.

Probatio Majoris alligetur dextro: Minoris, sinistro brachio, cruri vel lateri.

Omnes tres pro- positio- nes, posi- tas in lo- cis vel:	Solitarijs.	Major: In multiloquio non deerit mendacium. Ponatur pica infestata à crocodilo, in locum primum.
		Minor: Thraſo multum loquitur. Ponatur Thraſo linguam volubilem exerens, in locum secundum.
	Personatis.	Conclusio: Ergò mentietur. Ponatur Sutor (al- ludo autem ad fabulam de Mercurio, men- daciij medicamen miscente) digitis crucem formans, in locum tertium: Vel infligatur alapa personæ.
		Major: Mulieris capiti insidens psittacus. Minor: Thraſo mulieris mammas contrectans. Conclusio: Mulier ventre manu depresso, se impræ- gnatam pernegans.

N O T A

Propositio affirmativa indicatur cretâ, lapillo, fabâ, facie, manibusvè albis, vel etiam capite annuente: negativa renuente, fabâ, lapillo, manibus facievè nigris, vel carbone. Quamvis operosum & supervacaneum sit, omnes propositiones ita seorsim formatas locare, ob rationem paulò ante dictam, tamen majoris intellectus gratia e- xemplum unum, unà cum Præmissarum probatione subiiciam tale. Omnis Esula lacte- scit: Fingatur persona Esulam dentibus conterens, lacte inde defluente, bar- bamq; illius dealbante. Absynthium non lactescit: Absynthium diu in thorace ge- statum & compressum, sine redditione lactis. Ergò Absynthium non est Esula. Conclusionem cur formem, per se cuius manifestam? Probatio Majoris: Persona dex- trâ contineat suffragia plurimorum Medicorum affirmantium Esulam lactescere. Probatio Minoris: Persona absynthium contusum, sinistrâ fortiter exprimat in vinum, succo viridi (non lacteo) destillante. Vt autem sciam, conclusionem debere es- se negativam: fingo, personam caput vibrantem, vel faciem, manusvè denigratas ha- bentem. Qui Argumentum formare noverit, de Enthymemate non laborabit: nihil enim aliud Enthymema est, quàm Syllogismus imperfectus.

T A B U L A XIV.

DE TEMPORE LONGO.

Tempus.

LONGUM.

Majus.

Minus.

Mille anni. Matthufalem, qui ferè annum millesimum attigit.

Centum. { Centurio. } bati olei.
 { Centum. } cori tritici.
 Imago filicernij, centesimum annum agentis, cum arenario & sceleto.

Nonaginta, octuaginta, septuaginta, sexaginta, quinquaginta, quadraginta, triginta, viginti & decem anni, exprimuntur per vulgatas ætatum humanarum notas & picturas.

Annus. { Circulus major.
 Orbis.
 Serpens caudam mordens.

Ver. { Gemmæ arborum.
 Flores.
 Ludi puerorum varij in plateis.
 Thermæ.
 Exclusio pullorum.

Æstas. { Messis.
 Spicilegium.
 Cerevisiæ vel vini in fontem submersio, aliavè eorundem, puta per nivem aut glaciem refrigeratio.
 Nuditas corporis.
 Sudor.
 Canis rabiosus.
 Musca.
 Pulex.
 Culex.
 Grando.

Autumnus. Vide Pag. 101.

Rusticus super arbore sedens & cerasa
comedens, vel arborem concutien-
do poma deturbans.

Fructus varij

Semina variarum herbarum.

Autumnus.

Dysenteria.

Crates.

Piscatura

Tribulum.

Encœnia Paganorum.

Brassicæ conditura.

Traha.

Glaties.

Colum.

Rusticus exerto per fenestram capite.

Hyems.

Ancilla post fornacem dormiens.

Vehes lignorum vel farmentorum.

Chirothecæ

Vulpes, leporem devorans.

Carnes ferinæ omnis generis.

Lupus ovem gregi surripiens, &c.

Breve. Pag. 102.

Brevissimum, Pag. 104.



T A B U L A XV.

DE TEMPORIBUS BREVI.

Generalius. { Luna ipsa.
 Mensis. { Ensis.
 Flores certi, certis mensibus erumpentes.
 Virgo menstruo fluxu laborans.

Januarius. { Comedo.
 Frigens & dentibus stridens.
 Stiria. { Circumcisio
 Festum sub hoc { Christi.
 mense cele- { Infanticidii.
 brandum: { Epiphania.

Februarius. { Febricitans.
 Vetula, ad fornacem clunes ca-
 lefaciens.
 Festum purificationis Mariae.

Martius. { Hortulanus
 Martis effigies.
 Annunciatio Mariae.

Aprilis. { Gramen.
 Vites lachrymantes.
 Festum Marci Evangelistae, quod
 Veneti solemniter celebrant.

Specialius. { Majus. { Flores majales.
 Pilae ludus.
 Festum inventae crucis.


Junius. { Foenum.
 Foeniseca.
 Falx major.
 Dies S. Joannis, Baptistae.

Tempus breve:

Julius.


ARS MEMORIAE.

- Julius.* { Balneum frigidum.
 Cerasa.
 Visitatio beatæ Mariæ.
- Augustus.* { Melones.
 Ventilatio faciei.
 Festum ascensionis Mariæ.
- September.* { Uva.
 Mala Persica.
 Nativitas beatæ Mariæ.
- October.* { Seminador.
 Vindemia.
 Festum S. Lucae, Evangelistæ.
- November.* { Folia arborum decidentia.
 Sues sub quercu colligentes glandes.
 Festum S. Martini
 Anseres assi.
- December.* { Mactatio porcorum
 Festum Luciae, vel D. Thomæ.
 Canis sub fornace prostratus.
 Sphacelus digitorum pedis aut manus &c.



T A B U L A X V I.

DE TEMPORE BREVISSIMO.



ARS MEMORIAE.

	<p>Organum Musicum. Synaxis. Phaleræ suspensæ. Ludus chartarum. Compotatio Rusticorum. Choreæ meretricum Patavinarum ad aggeres. Setaceum. Carnes assæ frigidaæ. Vestium repositio</p>
<i>Luna.</i>	<p>Officinæ præter solitum (wenn die Gesellen guten Montag halten) vacuæ Maledictio fici. Mars ipse. Assaturæ Academicorum convictorū. Certi labores vel cibi huic diei destinati.</p>
<i>Martis.</i>	<p>Res aliqua secundissima vel adversissima, quæ alicui (id quod etiam de reliquis dieb. perinde intelligi debet) hoc die contigit. Congregatio Judæorum & venditio Christi. Feriæ scholasticorum pomeridianæ. Mercurius ipse.</p>
<i>Mercurij.</i>	<p>Certum opus, cibus, fortuna, uti antè admodum. Pileus alatus. Pedes alati. Securis aurea lignatori ostensa. Institutio cœnæ. Agnus paschalis. Bucca Judæ porrecta.</p>
<i>Jovis.</i>	<p>Aquila. (electa. Quercus, à Jove, secundum fabulam, Amicus aliquis, hoc die natus, mortuus, profectus aut reversus.</p>

Veneris.

Veneris.

Crucifixio Christi.
Sepultura ejusdem.
Aulæum templi fissum.
Maçtatio pecorum & pecudum.
Hera, ancillæ argentum porrigens, ad emendas postero die carnes, aliaq; victualia.

Veneris effigies.
Cupido cum arcu & sagittis.
Pisces assi vel cocti, qui ferè hoc die Pontificiorum mensæ imponuntur.
Cuprum, Veneris vocabulo Chymicis appellatum.

*Saturni vel
Sabbathi.*

Saturni nota ♄ aureo colore inscripta
Grabatum, accusativi casus.

Abbatem.

Sabulum.

Confessor.

Descensus Christi ad inferos.

Nasus diaboli pro pessulo (ut fabella habet) usurpatus.

Uno spenditore Paduano.

Macellum.


Scopæ

Balneatio &c.

N O T A.

Tres istæ de Temporib. proxime præcedentes tabulæ nihil admodum novi docent: sed ferè usum tantum reliquarum tabularum superiorum plerarumq; ostendunt. Hinc tamen simul videre est, verissimum esse id, quod vulgò dicitur:

*Usus omnium Magistrorum præcepta
superat.*



AD MONITIO AD
LECTOREM.

ANtequam finem tabulis hisce mnemonicis imponam, de tribus admonendi mihi videntur esse dicentes.

I. Non esse necesse, in figurando semper proximam tabulam sequi: sed licere etiam quandoque usurpare remotiorem. Ut si velim meminisse *Abrahami Patriarchæ*, possem eum juxta tabulam *Proprijs* dicatam, non inconvenienter per *filij mactationem* formare, tanquam per facinus ab Abrahamo præclare gestum: nolim autem hoc, vel quia imago sit amplior, vel aliâs non arrideat, facere: possum ulterius ad tabulam *Verborum* progredi, quæ docet verbum per instrumentum exprimere. Formo igitur Abrahamum per *gladium*, quo filium suum mactare voluit. Sic *Calvi* figuram si nolim ex subjecto, *Paracelso* scilicet, secundum tabulam *Adjectivis* peculiarem desumere: pergo ad tabulam quartam, quæ *Proprijs* inservit, & ex ejusdem modo penultimo *Paracelsi* imaginem fabrico, *gladium* ipsius ponendo.


II. Si fortè contingat, ut rei alicujus simulachrum tabula quæpiam non satis tibi commodum ostendat, aliam ipsi cognatam accede. V. g. *Avaritiam* possum formare vel per subjectum, *Judam* Ischariotem: vel per oppositum, *liberalitatem*: vel per consequens, *ma-
ciem* aut *tenacitatem*: vel per causam, *mulierem superbam*. Sed nulla harum figurarum placet: confero igitur me ad tabulam *Adjectivorum* (abstracta enim cum adjectivis sive concretis magnam habent cognationem) &
avaritiam

avaritiam formo per signum, *grandem* videlicet aliquam *crumenam*. Sic verbalia, juxta tabulam Verborum optimè etiam figurari possunt.

III. Interdùm (quamvis rarissimè) fit, ut ij, qui naturalem memoriam vehementer labilem obtinent, ad respectum locorum, figurarum quidem meminisse, rerum autem ipsarum, quibus ille sunt detractæ, non statim recordari queant. Consulenda igitur tunc erit tabula generalis, omnium prima. Quæcunq; enim figura sit: erit vel vocis, vel sententiæ, vel temporis. Si vocis: erit vel numeri, vel literæ, vel syllabæ, vel articuli &c. Si sententiæ: erit vel versus, vel syllogismi, vel cantionis, vel historiæ &c. Si temporis: erit vel longi, vel brevis, vel brevissimi: anni, diei, horæ &c. Hoc modo si processeris, fieri non potest, quin res ipsa formata tibi innotescat.

*Hactenus de arte memoria, sequitur
ars oblivionis.*





DE ARTE OBLIVIONIS.

Qui Themistocli memoriæ artem, sive Simonides, sive alius quispiam (variant enim scriptores) vir doctus atq; imprimis eruditus is fuerit, obtulit, quæ tùm temporis primùm ex tenebris in lucem revocabatur: hic eidem oblivionis quoq; artem, quàm magis videbatur expetere, jure optimo potuisse offerre ac polliceri. Jure tamen suo etiam Themistocles (ut hoc obiter contra eos, qui artem ex isto responso temerè impugnât, addam) hanc præ illâ malle potuisse videtur, ut qui naturæ illi dono supra fidem excelluerit, & linguam Persicam intra unius anni spacium exactissimè didicerit; cujusq; memoriã innumeræ rerum atq; verborum (Francisco Petrarchâ teste) imagines prægravarent. Sicuti enim reminiscendi, ita & obliviscendi præcepta dari possunt ac debent. Omnium meminisse semper non desideramus: sed plerorumq; memoriã certo duntaxat tempore, ut anno, ut mense, ut die vel horâ definire solemus, cum quòd diuturnior molestiam nobis creet, tùm quòd sæpè etiam sit supervacanea & inutilis. In multis rebus pauca delectant, plurima excruciant: & sæpè delectabilium mœsta recordatio est. Si malorum rerum memoriã suppetit, quid hinc gaudes: parumne triste est, vel tulisse mala, vel vidisse, nisi vel quotidie recurrerent, vel sub oculis sint semper? Quis animo suo infixas cupit sempiternas culpas, delicta, scelera, ignominias, repulsas, discrimina, dolores, labores? Quamvis namque horum trium ultimorum recordatio dicatur esse voluptuosa: tamen non tàm præteritorum malorum cogitatione, quàm præsentis boni delectationem jucundam afferre intelligitur. Itaq; neminem laboris ac periculi meminisse juvat, nisi quietum aut securum. Paupertatem lætè meminit, sed dives: morbum, sed incolumis: carcerem, sed liber: vincula, sed solutus: exilium, sed reversus. Sola ignominie memoriã, in medijs licet honoribus, ut scribit Petrarcha, tristis est. Damnosa igitur ex ipsâ evellantur, utilia substituantur, neq; pari sedulitate

ea,

*Plutarch. in
Græco. apoph.
& Cic. 2. de
Oratore.*

*Dial. 8. de
memoriã.*

*Loco supra
cito.*

ea, quæ delectant, atq; ea, quæ ad literarum studia, hominum-
que societatem tuendam profunt, aggregentur.

Adde quod perpetuò novis & infinitis locis esset opus, nisi memoriam quarundam rerum amittere, oblivionisq; arte, uti velimus, quò videlicet certa & pauca, v. g. centum loca ad multa rerum rememorandarum millia usurpare, absq; ullâ recentium constitutione & structurâ possimus. Quæ per artem memoriæ addiscuntur ea per artem oblivionis non difficulter etiâ iterum dediscuntur. Nam memoria artificiosa constat locis & imaginibus: quæ duo si sustuleris, pro memoriæ arte, oblivionis tibi ars relinquetur. Sed quia non expedit, cum imaginibus loca tollere, sicut neq; domum cum picturis funditus subvertere, aut tabulam cum scripturâ perfringere: ideò ratio ac via monstranda est, quâ figuras removeere sine locorum conquassatione possimus. Relinquenda tabula incolumis est, ut ejus, ad scripturas alias plures, possit esse usus: domus item non diruenda, quò aliæ ei induci queant picturæ, neq; pedes cum calceis veteribus abijciendi, sed novis induendi sunt. Quâ verò facilitate possum vestibus amicare nudum, pedi adaptare calceum: eadem & nonnunquam majori illum vestibus rursùm exuere, & huic calceam detrahere possum: subjectis tamen semper iisdem, quoad suam substantiam, permanentibus.

Quamdiù imagines locis suis junctæ hærent, tamdiù quoq; quotiescunque ad loca mentis oculos reflexeris, eæ sese tibi promptè exhibebunt, unâ cum ijs rebus, quarum illæ imagines sunt antea abstractæ. Quamprimùm autem locis suis fuerint remotæ, non ampliùs offerentur, multoq; minùs illa, quorum memorandorum gratiâ abstractæ & in locis dispositæ fuerant. Quo enim modo offerentur absentes, aut etiam penitus confractæ & in nihilum redactæ? Quemadmodum verò naturalis memoria minori ferè negotio (si tamen is labor dicendus est) oblivisci, quàm edificere & reminisci solet: ita non dubitari debet, artem obliviscendi non modò non operosam: sed potiùs facilem atq; brevissimam esse. Non est igitur,

quòd plures de hac tabulas à me exspectes, cum
unica videatur sufficere, quæ sequitur.

ARS OBLIVIONIS.

*Ars obli-
vionis
consistit
vel in:*

Locis: { *Solitarijs:* { non respectis
permultis
*Comitatis: perso-
nis stabilibus:* { *existentibus:* { mutis
catalepticis
otiosis.
congelatis.
habentibus: { capita declivia
brachia deorsum
pendentia.
crura œdematosa
manus & pedes re-
solutos.

{ *negligenter:* { formatis
impresis.
non repetitis.

tectis à: { pannificibus
Lydiâ
Tabithâ
lotricibus
alutarijs
coriarijs
pellionibus
crustarijs
nive
pulvere &c.

alio colore, atq; prius, pictis.
novarum formarum superindu-
ctione oblitteratis.

*Imaginibus,
in cubiculis
vel:*

*Remanen-
tibus:* { fractis, percuf-
fis & trucidatis { hominib. ebris
militib. armatâ
manu irrum-
tonitru (pentib.
fulmine
grandine
ruinâ ædium.

{ non remanentibus. Vide paginam proximè sequen-
tem. Non

dispersis { vento
turbine.

remotis à seruo vel ancillâ, cubiculum scopis
purgantib. & imagines locis suis motas, unâ
cum quisquilijs exportantibus vel in:

{ fimum
aquas
cloacam.


*Non rema-
nentibus &
vel:*

fractis & reje-
ctis forâs a:

{ Judæis
Turcis
Laboreo Martyre
Carolo studio
Jacobo Patriarchâ
Assâ Rege
Josiâ, Rege
Belgicis -- -- } pueris
mulierculis

Surreptis { Rachele
vel à: { Levitâ Michæ
Furibus
Pluvijs, serenitate subsequente
Inundatione aquarum.

affixis majoribus perticis, per vicos circumgestatis, & tan-
dem igne (ad imitationem Silesiorum ad Christi fidem con-
versorum) combustis.





EPILOGUS.

TAbularum multitudinem mirabuntur, harumq; difficultatem accusabunt illi, qui legerunt ea, quæ de artis facilitate alibi à me sunt posita. Hi verò sciant, tabulas præcedentes omnes, figurandi artificium docentes, & prolixè adeò per exempla explicatas, in unam contrahi ac redigi posse: quam mox etiam subjungam, quamq; si quis animo semper præsentem (quod non difficulter per hanc ipsam memorandi artem fieri potest) habuerit: huic profectò nihil in totâ rerum naturâ occurret, cujus imaginem illa non possit exhibere, dummodò ejus intellectum verum, genuinumq; sensum, qui à superioribus istis dependet, & quas proinde tyrones perlustrare primo, diligenterq; excutere jubeo, obtinuerit. Quæ autem tractari illa, quò ante oculos semper exposita sit, debeat: id ex ore percipi facile, calamo verò non nisi difficilimè & obscurissimè doceri potest.

Cæterum multa insuper in me prævideo directà tela eorum, qui hunc meum laborem maledicti & contumeliæ loco ponentes, labeculam sequentibus de causis mihi conabuntur adspargere. Ut, quòd in publicum emissem talia, quæ publicè & ab omnibus intelligi rectè nequeant. Quibus oppono varios peregrinarum linguarum & idiomatum scriptores, libros item Cabalisticos, Chymicos, & id genus alios, qui quamvis ex nuda lectione, sine interprete, neminem nisi exercitatum erudiant, propterea tamen non damnari & rejici solent vel debent. Quòd deinde in querendâ simplicis & unius vocis aut syllabæ imagine multus fuerim: cum juxta proverbium, non ejusdem sit, & multa & oportuna, secundum illud poëtæ, dicere:

Nescio quid tecum grave corniceris ineptè.

Perf. Satyrâ 5.

Sed vicissim quero, an non discipuli, si in recitandâ lectione, memoriâ deficiente substituerint, ex dictâ & suggestâ ipsis à præceptore, voce vel syllabâ unicâ, in cognitionem sive recitationem sententiæ totius, sæpissimè deveniant. Inferent præterea, morum gestuumq; compositorum, dum animus ad loca & imagines respicit, nullam rationem posse haberi, aut certè pro his, gesticulationes indecoras, perversosq; motus adhiberi: facile-

que

que peroranti posse contingere, quod cuidam tragœdiarum histrioni contigisse scribitur, qui in Olympijs, O Jupiter! pronunciaverat, ostensa terrâ: O terrâ! manu in cœlum projectâ. Quem propterea Polemon Sophista, tanquam ei certamini præsidens, à præmijs removit, eumq; manu commisisse solœcismum dixit. Contrarium autem hic fieri, meliusq; gestus, si ijsdem imagines adornentur, observari posse, veritati omnino est consentaneum. Videbor quoq; non paucis ex muscâ elephantum fecisse, & contra τὸ πρῆπον, de hac arte scripsisse & prædicasse. Contra quos succurrent & subibunt summi Reges ac Principes, qui hanc ipsam diligenter excoluerunt, sibiq; honorem & gloriam immortalem ex eâ constituerunt, quorum nomina non ignorantur: summi item Theologi, Iuriconsulti, Medici, Philosophi atq; oratores, qui de illa ipsâ graviter in literis posteritati prodiderunt: quorû etsi catalogus lōgus recenseri posset: ex plurimis tamen unicum duntaxat in medium, adducâ D. Petrum Ravennatem, I. V. Doctorem, & equitem clarissimum, qui in hac arte non tantum ad miraculum excelluit, verum etiam viros præstantissimos, genere nobiles, & eruditione insignes, Magistros, Doctores, Secretarios &c. instituit, quemadmodum apparet ex ipsius ad artificialem memoriâ, quam Phœnicem inscripsit, introductione. Quantum etiam ex illius doctrinâ hi profecerint, quantamq; gloriam sibi hoc adjumento comparaverint, ibidem exponitur. Tandem quoq; me conditiones locorum & imaginum, aliâq; scitu necessaria sicco ferè pede transiisse obijcient, indeque adeo adagium illud, quo capra nondum peperisse, hædus autem ludere in tectis dicitur, fortasse in me transferent. Sed responsum ijs antea est, quando huc nullum, nisi mediocriter in artis theoriâ versatum, iussi accedere: & quando dixi me nolle, ut hic liber in molem excreseat majorem. Extant etiam de hac re aliorum libri non pauci, quos qui capere potest, capiat. Posse verò in ijs ipsis multa illustrari, & ad captum discen- tium (quanquam nemini, nisi fortasse ingeniosissimo, author esse velim, ut artem sine vivâ præceptoris alicujus voce aggrediatur) faciliora reddi sequenti libet ostendere exemplo. Rem exigue quantitatis, etsi propriam figuram possideat, tamen non ita simpliciter loco affigere, sed vel multitudi- ne sui, vel actione & passione, vel figmento majorem & clariorem prius reddere præcipiunt. Cujus rei causa est, quod, sicuti oculi nostri externi res minimas egrè discernunt, otiosisq; & inertibus parum moventur: ita etiam oculi interni (de quibus supra meminimus) plus à justâ moderatâq; quantitatis, & activitatis egregie simulachris, quàm contra-

Ex Philo-
strato.

in edit. Co-
lon. pag. 22.

Libro Thalia inscripto.

Lib. 5. navigationis, cap. 6.

affici consueverunt. Etenim memoria similis reti quadantenus est, majora continenti, minora verò transmittenti. Quod eò minus mirum videri debet: cum etiam multò expeditius librum, calceum aut Vallensem, quàm acum, pilum, vel nummulum externus visus apprehendat & animadvertat. Si igitur animus sit formare formicam, possum id præstare vel per myrmeciam, in quâ plures formicæ colliguntur: vel per ollam, multis foraminulis perviam, cum bufone incarcerato, cujus carnem formicæ depascantur, remanente solo sceleto, & lapide bufonio, quem nonnulli hac ratione docent separandum: vel per formicarū Indicarū unam, quas Herodotus canum quidem magnitudine minores, vulpium verò majores esse, memoriæ prodidit. Si tineam: fingo vestem aliquam pelliteam & tineosam à pellione fustibus expurgari. Si muscam: hanc formo per puerum, muscas vel libro; vel sacco, lacte aut melle adhibito: vel deniq; virgultis visco oblitis capientem. Si lapillum, aut cerasi nucleum: per Chirurgum, eos instrumento accommo, ex aure puelli extrahentem. Si pediculum aut pulicem: per sartorem vel netricem, acu illos perforantem & lucernæ admoventem. Si musculum: vel per famulum, muscipula ipsum venantem: vel per murem intra catti dentes comprehensum: vel per hominem, nudum & obscœna duntaxat velatum, musculoq; vescentem: id quod de Indis, urbem Calechut inhabitantibus refert Ludovicus Romanus, Ratritius: vel deniq; per Attonem Moguntinum, à muribus, ob crudelitatem erga pauperes famelicos, in horreo combustos, corrosus: sicuti passim id ab historicis tanquã res trita refertur, & adhuc hodie insula seu turris illa, in conspicuo Rheni loco, prope Bingham oppidum, inquam ille, quò sese à muribus defenderet, frustra confugerat, extat. Si denique pisculum aliquem: non inconvenienter id egeris per festivam illam de fele, & Eobano Hesso historiolan. Is enim cum quodam tempore pisciculos comederet: felix famelica ex improvise in patinam irruit, arreptoq; pisce, subito orbem vitreum magnâ ex parte effractum, cui rex David cum cytharâ appictus fuerat, perrupit. Quo jucundo spectaculo Poëtam vehementer exhilaratum fuisse, huncq; in rei memoriam versum lapidissimum;


Per medium David, felis cum pisce volavit;
fecisse, retulit mihi clariss. & longè excellentiss. vir ac Doctor, Dn. Balthasar Brunnerus, multorū Electorū, Principū & Comitū quondam Medicus, quem honoris & grati animi significandi causâ nominare hic lubet: de

quo tamen illud Maronis; *Fuimus Troës; verè (proh dolor) dici atq; usur-*
parsi nunc potest. Sed videor à rhombo divertere.

Dubitationes alias complures ab artis ignavis, in medium posse ad-
ferri non nescio: etenim multa nescientes de multis (ut Petri Severini, Da-
niutar verbis) dubitare necesse est. Sed tolerandè hi æquo animo sunt,
dummodo animum ab arte non gerant alienum. Qui verò artem gran-
di supercilio contemnunt, & in eiusdem cultores plurima maledicta con-
gerunt: hi, quantumvis præ nimia sapientiâ, pisces loquentes, & niveos
floccos tectis ædium incidentes, sibi vidèantur audire: tamen reverà ni-
hil aliud faciunt, quàm quòd sequentia axiomata, omnium philosopho-
rum autoritate stabilita, artiq; ipsius memorativa principia, nituntur
convellere. Sunt verò hæc: Imaginationi omnia subjecta esse: memoriã
naturalem levi signo adjutam, eximios effectus edere: Nota, ignota de-
clare: Memoriã circa sensibilia potentiorẽ esse: Ordinata inordinatis
magis esse reminiscibilia: Animam per sensus exteriores cognoscere.

In Ideâ Me-
dic. cap. 7.

Quos ego: sed motos præstat compo-
nere fluctus.



Tabularum omnium præcedentium ad memoriæ artem pertinentium.

Formandum:

Elementum:

Elementatum:

Numerus.

Res figuræ similis
Consonantia
Res certi numeri
Inscriptio.

Litera.

Animal } rationale.
 } irrationale.
Res figuræ similis
Inscriptio.

Vox:

Figurabilis.

Sententia.

Notatio primæ: } literæ
 } syllabæ.
Formatio vocis } primæ
 } præcipuæ.
Sūma sive con- } proprias
ceptus } Impro-
rei per imagines. } prias.
Modus comparandi. } Aliquib

Nomen:

Proprium.

Facinus egregium.
Persona ejusdē nominis
Persona ipsa vel eius effi-
Etymologia (gies
Insignia
Character corporis.

Appellativum.

Substantivum. } Subjectum
 } Oppositum
 } Consequens
 } Causa.
Non abstractum. } Virtus vel vitium
 } Similitudo for-
 } mæ vel morum.
 } Pars Totius aut
 } species generis
 } vel vice versâ
 } Signum.


Adjectivum.

Subjectum
Oppositum
Consonantia
Signum.

Verbum.


Consonantia
Efficiens
Materia in qua & circa quam
Gestus concurrens
Consequens
Proverbium
Simile Exemplum vel fabula.

Consonantia (labarum
Commutatio literarum & syl-
Adjectio vel detractio sylla-
barum vel literarum
Conjunctio vocum per se nul-
lam imaginem habentium.
Resolutio vocum in syllabas
certi quid significantes.
Farrago dictionum
Dissolutio dictionū in literas,
Divisio personæ in partes
Arbitrium voluntarium (ra-



Cic. lib 2. de Oratore.

Neq̄ verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, & obscurari etiam id, quod per se natura tenere potuisset. Vidi enim ergo summos homines, & divinam propè memoriâ, Athenis Carneadem: in Asiâ, quæ vivere hodiè aiunt, Sceptium Metrodorum: quorum uterq̄, tanquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus, in ijs locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, perscribere.



L I P S I Æ,

Imprimebat Valentin Am Ende.

Anno M. DC. X.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHILOSOPHY DEPARTMENT

PHILOSOPHY DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO
540 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILLINOIS 60637
TEL: 773-936-3700
WWW.PHIL.DEP.UCHICAGO.EDU

PHILOSOPHY DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO
540 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILLINOIS 60637
TEL: 773-936-3700
WWW.PHIL.DEP.UCHICAGO.EDU

PHILOSOPHY DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

540 EAST 58TH STREET

N O M E N C L A T O R
M N E M O N I C U S,
S I V E A D A R T E M M E
moriae faciens,

Doctōris

A D A M I B R U X I I, S P R O T T A
V I E N S I S S I L E S I I, M E D I C I
H A L E N S I S.

Per facilia oportet ad difficilia pervenire.


Erasmus de utilit. Colloq.

Nihil turpius, quàm reprehendere, quod non intelligas. Quin
potius aliena candidè interpretemur, nec statim nostra pro ora-
culis haberi velimus, nec eorum judicia pro oraculis ducamus,
qui, quod legunt, non intelligunt.



L I P S I Æ,

Impensis THOMÆ SCHURERI Bibliopole Lipsiensis.



Lectori benevolo.

*Lib. 2. de Re-
ionibus ori-
entalibus cap.*

41.

Sunt quorundam hominum mores & facta, revera ab omni ratione aliena, quæq; risus & cachinni excipiant, longè dignissima: ut quod de provinciâ, Arcladam dictâ refert M. Paulus Venetus. In hac enim consuetudine receptum est, ut cum uxor peperit, quàm citissimè possit, lectum delectat, surgensq; domus gubernationi animum intendat: maritus verò tunc quadraginta diebus in lecto decumbat, nati infantis curam gerens: circa quem mater nil agit aliud, præterquã quòd lac illi sugendum præbet. Interim amici & consanguinei virum illum decumbentem visitant, non aliter atq; in hisce nostris regionibus puerperæ visitari solent. Quo quid stultius, quid iniquius. quid magis impium magisq; ridiculum excogitari possit, virum optimâ valetudine præditum in lecto decumbere, & muliebribus officijs fungi; puerperam verò graviter sæpè, longo gestati foetus tempore, & nixus labore afflictam, è lecto surgere, rei familiari inservire, & patrem familiâs agere?

Sunt verò deinde etiam non paucæ hominum actiones, scripta & consilia, quæ quia plures ratione, quâ tamen summâ suscepta sæpè sunt, non perspiciunt, immeritò futilitatis & fatuitatis accusantur. Libris Trithemij polygraphis rudi nihil videtur esse puerilius, nihil ineptius: qui tamen eximias utilitates, ad viros illustres & generosos potissimum spectantes, in sese continent. Plurima ab Hermeticis Medicis peraguntur & scribuntur, quæ quòd miso-chymici ea non intelligant, mentis malè-sanæ proclamantur esse actiones. Quorum oculos Sol (ut hoc solum exempli loco adducamus) splendore suo externo usq; adeò perstrinxit, animosq; infatuavit, ut hos sine mente, sine sensu esse existiment, quicumq; illum philosophicè calcinatum & aquæ stygiæ immersum, fulgorem suum deponere cogunt, & ex cineribus mortificationeq; illius vitam, vitæq; medicinam eruere volunt. Ubi verò Solis, sive auri hujus legitimè præparati vel unicum granum cultro, lucernâ suppo-

ADAMO BRUXIO,
DOCTORI MEDICO:

&
MARTHÆ HOFMANNÆ
virgini lectissima:

Sponsis.

ODE ALCAICA

Sic cordis ergo vicit amor tui,
Ille ille constans cordis amor tui,
Multoq; MARTHÆ gratiosæ
Igne foràs stimulatus exit,
Mellite BRUXI, fide mei comes
Semper laboris, fideq; idemtidem
Magni Brabeji Competitor,
Rauriacum quod habet tribunal?
O vicit ergo sic amor, & diu
Verè examatam consociat parem;
Unamq;, duplicem antè, carnem
Unijugus facit esse lectus?
O herclè factum perbenè! pars tuæ
Hec una vitæ defuit hætenus;
Quæ sorte sub quacumq; Consors
Fida fidem sociam probabit.
Quid ille, & hic quid garriat, amplius
Curare noli: tu tibi, cum Deo,
Sat prosperè & prudenter isthanc
Præ reliquis sociabis unam,

*Sed, inquis, ortus inferioris est,
Et pauper, expers dotis, & omnium,
Necessitas quæ semper urgens
Atq; domestica cura poscit?
Quid ortus addat nobilis, & domum
Factans vetustam, si sine moribus,
Virtute si sine & pudore
Contigerit tibi fors an uxor?
Sat illa clarè nata, parentibus
Quæ nata honestis; quam probitas pia,
Moresq; culti, & os pudicum
Virgineo decorat rubore.
Sat illa dotis possidet, & satis
Nummosa virgo est, vivida quam beat
Virtus & inculpata formæ
Gratia, candiduliq; amores.
Turgente Nympham quærat origine
Procus superbus; quærat opum gravem
Avarus: at quàm mox superbam,
Et dominam gemet imperantem.
Tu cordis usus Consiliario,
BRUXI, tuimet, ducis origine
Probamq;, ditemq; estimando
Corporis atq; animi arrhabone
Hæc temet infra stemmate sit, licet;
Poëta talem BILBILICUS cupit:
Pauperculamq; ducere optat,
Quàm Domine subigi marito.*

Cinges penates Oeconomâ tuos,

Fidâq; lectum Compare: res ita

Angusta crescet, atq; mensam

Ampla DEI manus ampliabit.

Quis culpet ergo propositum tuum?

Quis culpet ergo Conjugium & tuum?

Nisi ipsius Virtutis osor?

Ingenui nisi rosor ignis?

Marita nomen suscipit à Viro,

A Sole lumen Luna velut suum:

Nec filius, quâ matre, sed quo

Sit patre progenitus, rogatur.

Abesto pensans stemmate Conjugem;

Abesto pensans divitiis: bonum

Spe&at caducum: te pudica,

Te pia, te proba, teq; prudens

Oble&at uxor: sic sapis optimè;

Sic ducis aptè; sic benè prospicis

Domesticæ rei, tuoq;

Quæq; toro bona polliceris.

Confirmet isthanc spem tibi, qui tibi

Hos ignicellos primitus indidit;

Et mutuo sic vestra amore

Corda beet, thalamumq; prole.

Caspar Cunradus Phil. &

Med.D. Poëta Laur. Cæsar.

F I N I S.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script. The text is very faint and difficult to decipher, but appears to be a continuous paragraph or list of entries.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a date, including a small number '23' on the left.

F I M I S

suppositâ, impositum, flammam tam promptè conciperè vide-
rint, maximum & præacutum sonum ac fragorem (quod per-
paucis adhinc diebus, cum admiratione & aliquali animi con-
sternatione experiundi gratiâ factitavimus) edere audierint:
næ tum demum, gravissimis de causis attentatam ab artifice il-
lius esse eclipsin & corruptionem credent: quippe cum in Sole
vulgari & mortuo, quantumvis insigniter splendente, tate ni-
hil comperiatur, si vel pluribus septimanis igne continuo, eoq;
vehementissimo urgeatur.


Dantur certè multa in artibus compendia, quorum ope
citius ad illarum cognitionem pervenitur: quæ tamen ignaris
plerunq; absurda, sæpè etiam ridicularia apparent. Quodq;
alter vix longo temporis spacio, & non sine difficultate potest
perficere, id alter non rarò spacio per brevi, minimoq; nego-
tio perficit. Sic sunt, qui intra horam minerale turpethum,
in mensâ præparare noverunt: quod & nos, & quidem viâ longè
breviore expeditioreq;, intra horæ videlicet unius quadrantè,
aliquoties, animi tantam causâ, cum eo ita simpliciter præ-
parato nunquam in medendo simus usi, fecimus.

Ad artis igitur mnemonicæ compendium aliquod faciet
hic noster Nomenclator, qui tametsi (fat scio) multis videbi-
tur puerilis, stultus ac nullius precij esse: tamen eum non sine
ratione à nobis concinnatum esse benevolus lector certò sibi
persvadeat. Utilitate enim magnâ non carebit apud illos,
qui eo uti rectè noverint: quam etiam hîc solam respeximus,
memores præcepti istius poëtici:

— — *Quod facimus, id nisi utile est,*

Stulta omnis atq; inanis inde est gloria.

Quemq; alij in suis scriptis innuerunt laborem, eum nos in
hoc opusculo præstitimus: quem proinde boni, bonum
lectorem consulere, æquum & justum
profectò fuerit.



T A B U L A

In Nomenclatorem mnemonicum,

*Nomencla-
tor mnemo-
nicus versa-
tur & circa:*

Nomen, vel:

*Substantivū.
Ponuntur,
autem ferè:*

1. Officia
2. Quadrupedia
3. Aves
4. Pisces
5. Insecta
6. Plantæ
7. Urbes
8. Partes corporis
9. Affectus
10. Alia præter dicta, varia.

Adjectivum, ultimum locum obtinens.


*Verbum,
quod consi-
deratur se-
cundum:*

*Genus: estq;
vel:*

- Activum
- Passivum
- Neutrum
- Commune
- Deponens

*Figuram: est-
que vel*

- Simplex.
- Compositum.






NOMENCLATOR

M N E M O N I C U S.

N O M I N A.

A.

AB  Bactor
 Abbas
 Abbatisa
 Abstemijs
 Abies
 Abrotanum
 Absynthium
 Abutylon
 Abacus
 Abortus
AC. Accola Mitgränzender
 Accusator
 Acicularius
 Accipiter
 Acanthis Stiegelis
 Acanthus Beerenkranz
 Acetosa
 Aconitum
 Acorum
 Acus pastoris (herba)
 Acetum (selein)
 Acetabulum ein turschisch-
 Acinaces Türckischer Sebel
 Acinus

Acus Nadel
 Acus Spreu
 Acia Nadel
 Acies Schlacht
 Academia
 Acroama kurzweilige Rede
 Acerbus
 Acutus
AD. Adolescens
 Advena
 Advocatus
 Adiantum
 Adonis flos
 Adamas
 Adversaria Schuldbuch
 Adagium
Æ. Ædilis Bauherr
 Ædituus
 Æger
 Ænobarbus
 Æneator Feld Trommeter
 Æruscator der Geld durch st-
 nanz aufstreibet
 Athyops

A

Æthyopis

Æthyopis (herba)

Æs

Ærugo

(spe

Ægilops wilder Haber/Tre-

Ægilops Nasengescher

Ædes

Ædicula Capell

Ædificium

Ærarium

Æquor

Æthyopia

Ægyptus

Ænigma

Ægrotus

Æneus

Æternus

AF. Affinis

AG. Agnatus

Agricola

Agnus

Agaricus

Ageratum

Agnus castus (herba)

Agrifolium

Agrimonia

Agmen

Ager

Agger

Agrestis

AH. Ahenum

AI. Aizon

AL. Aleator Bretspicler

Alutarius

Alce

Alauda

Ales

Alburnus

Ala

Album Namenbuch

Alnus

Allium

Alcea

Alchimilla

Alica

Alisma

Alkekengi

Alleluia

Alfinc

Althæa

Alyssum

Aluta Semischfell

Alca

Alveare

Alabastrum

Albumen

Albumen

Altare

Alimentum

Alvus

Alopecia

Albugo

Albus

Albus
Alacris
Alienus
Altus

Am. Ambidexter
Amita Vaterschwester
Amitimi Bruder vnd Schwesterkinder
Amaracus Majoran
Amygdalus Mandelbaum
Amygdalum
Amaracus
Amara dulcis
Amaranthus
Ambrosia
Ambubeia
Ammi
Ammoniacum
Amurca
Ames Klob
Ambra
Amphora
Amylum
Ambulacrum Spacierlaube.
Amuletum
Amabilis
Amarus
Ambitiosus
Amens
Amoenus
Amplus

An. Angelus
Antesignanus
Ancilla
Anus
Anas
Anser
Angvilla
Angvis
Anethum
Anisum
Anagallis
Anchusa
Androsace
Androsamon
Anemone
Aneblatum
Angelica
Angaria
Anonis
Anserina
Anthirrhinon
Antora
Antophylli
Anchora
Ansa
Antæ
Antimonium
Analecta Nussschütte
Annales
Anus (Podex)
Angiportus
Andron Mannszimmer

N O M E N C L A T O R

Anglia
 Antvverpia
 Angina
 Angustus
 Antiquus
Ap. Apiarius
 Apparitor Stadtknecht
 Aper
 Apodes Mauerfchwalben
 Aps
 Aparine
 Apiastrum
 Apium
 Apexabo Schweiswurst
 Apocha Quittans
 Apographum Abschrifte
 Apiarium da viel Bienen
 stehen.
 Apodyterium Ausziehstube
 Apoplexia
 Apoplecticus
AQ. Aquilifer
 Aquila Vogel
 Aquila Fänlein
 Aquilegia
 Aqualiculus Sämtrogel
 Aqua
 Aquisgranum
 Aqueus
AR. Arator
 Arbitr
 Archiepiscopus

Archimagirus
 Arcuarius Bogner
 Arcularius Fischer
 Argentarius Wechseleu
 Ariolus Warsager
 Armentarius
 Armiger
 Artifex
 Aruncus
 Aries
 Araneus
 Arbor
 Arbor Judæ
 Aristolochia
 Arthritica
 Arum
 Aroma
 Arthemisia
 Aratrum
 Arcus Handbogen
 Arenarium
 Arena
 Arista
 Arundo
 Argilla
 Arundo
 Argentum
 Armus
 Arca
 Arrha
 Arrhabo
 Ara

Armarium

Armarium Behälter oder
Kathen.

Armamentarium Zeughaus

Area Hoff Stadt

Argentaria die Münze

Arvum

Arx

Argentoratum

Articulus

Arteria

Arthritis

Artificium

Aridus

Argenteus

Arrogans

As Astrologus

Astronomus

Asinus

Asellus

Asellus Stockfisch

Aspis

Asilus Bremse

Asarum

Asclepias

Ascyrum

Asparagus

Asphodelus

Asplenum

Aspergillum

Asseres, Brete/Dielen

Assulæ Späne von Holz

Asthma

Asper

Astutus

Ar. Athleta

Attagen

Atriplex Melde

Atramentum

Atramentarium

Atrium

Ater

Atrox

Au. Augur

Auriga

Auritus

Avus

Avia

Auceps

Avunculus

Avis

Aurivittis

Aurata

Auricula urfi

Auricula Judæ

Auricula muris

Avena

Aureus Guld/oder floren

Auriscalpium

Avellana

Autographum

Aviarium

Aurifodina

Augusta (Vindelicorum)

N O M E N C L A T O R

Austria

Auris

Auricula

Auriga

Augustus

Audax

Avarus

Aureus

Ax. Axis

Axungia **Wagenpech**

Axilla.

Az. Azot

Azymus

B.

BA **B** Alncator

Baro

Barbaricaria **Bortenmacher**

Bavarus

Balæna

Barbus

Balaustia

Balotte

Balsamina

Bacca

Bahanus **Probierstein**

Batillus **Fewerschauffel**

Barba

Barbula

Balneum

Baptisterium

Baptismus

Basilea

Bavaria

BE. Belua

Bestia

Bellaria

Bellis (herba)

Betonica

Berberis

Beta

Betula

Betuletum

Benzoi

Bellum

Belgicum

Beatus

Benevolus

Benignus

BI. Bibliopola

Bibliopegus

Bifolium

Bistorta

Bismalva

Bidens **Gabel**

Bipennis **Nestepare** **(len**

Bilanx **Wage mit zwei schaa**

Bibliopolium

Bibliotheca

Bivium.

BL. Blattæ **Würmer so die Blät-**

blattaria **(cher fressen**

Blitum

Bo. Bo-

Bo. Botularius

Bonafus

Bombyx

Bos

Boleti

Boletus cervinus

Bonus Henricus

Bonifacia

Borago

Botrys

Botulus

Bombycinum

Boleslavia

Bohemia

Bonus

BR. Brutum

Bruchus

Branchia

Brasilium

Brassica

Branca urfina

Bryonia

Brachium

Britannia

Brevis

Bu. Bucco

Bubulcus

Bubalus

Bucula junge Ruhe

Bubo

Bufo

Buleti Pilze

Buccina

Butyrum

Buxus

Buglossum

Bulbocastanum

Buphthalmus

Bursa pastoris

Buxetum

Bucea

Bucula der Diesier im Helm

Bulytini Gladen.

Bulla

Bulimus

Bubile

Buda

Budissina

Buxeus

Br. Byssus

Bysantium

C.

CA. Cæsar

Cæsius

Calcarius

Calo

Cancellarius

Candefactrix

Canonicus

Cantor

Capito

Caprarius

NOMENCLATOR

Capfarius **Fischer**
 Cardinalis
 Carbonarius
 Carcerarius **Stochmeister**
 Carminaria **Stempferin**
 Carpentarius **Wagner**
 Cataphra~~ctus~~ **Kriesser**
 Cau~~po~~ **Bierschende**
 Causidicus
 Caballus
 Cadaver
 Camelus
 Catus
 Canis
 Caper
 Capra
 Caprea
 Capo
 Capricornus
 Castor
 Carduelis
 Cassita **Haubellerch**
 Cancer **Krebs**
 Capito **Müllerpiscis**
 Carpio
 Cantharides
 Cæcilia **Blindschleiche**
 Caprificus
 Castanea (arbor)
 Calamentum
 Calamus aromaticus
 Calendula

Camphorata
 Cacumen **Wippel**
 Caudex **Stamm**
 Caltha
 Calamus **Kernstengel**
 Cannabis
 Carum **wiesen Kummel**
 Castanea (fructus)
 Caprifolium
 Canna Indica
 Capillus Veneris
 Caryophylli
